

B. M. II, 142.
H. 37, 16.

I. N. J. X1880757

II R
4598

DISSERTATIO ACADEMICA,
DE

RELIGIONE OBSEQVII,

Quam,

PRÆSIDE

MAGNIFICO VIRO,

DN. NICOLAO CHRISTOPHORO
LYNCKERO,

JCTO, CONSILIARIO SAXONICO, FACULTATIS
JURIDICAE ET SCABINATUS SENIORE, PROF.
JUR. PRIMARIO ET DICASTERII PROVIN-
CIALIS ASSESSORE GRA-
VISSIMO,

DN. HOSPITE, PRAECEPTORE AC PATRONO
SVO UTI MERITISSIMO, ITA SANCTE JUGITER
COLENDO,

A. d. Decembris A. O. R. c. l. o. l. o. c. LXXXII.

publicè ventilandam proponit


GEORGIUS A WERTHERN,
Beichlingensis.

Jenæ, Literis Johannis Jacobi Bauhoferi,

98

334 35







J. N. J.

I.



OBSEQVIUM in *parendo & venerando* consistere, Bœclerus *Diff. III. Polit. ad Tac. VI Ann. 8. §. 2.* exponit. Cujusmodi est non solum illud, quod potestati à subditis, sed & quod superiori cuilibet in suo genere debetur. Hoc autem RELIGIONE juramenti, (nam ipsum juramentum religio est. *l. 4. §. 1. d. in litem jur. l. f. Cod. d. fideicomm.*) tantò rectius constringitur, quantò juramenti vis major quàm simplicis promissi est, (H. Grot. *2. d. J. B. & P. c. 13. §. 3.*) atque nemo facile perjurium committit, qui Dei pœnam & hominum ignominiam metuit: Aristot. *1. Rhetor. c. 18.* Nam & fides & societas omnis religione continetur. Arnisæus *d. Majest. c. 5. n. 2.* Adeò ut Deorum pietate sublatâ, fidem & humani generis societatem tolli oporteat. Cicero *lib. 1. d. Nat. Deor.* indeque primam de cultu divino in civitate curam esse velit Aristot. *VII. Pol. 8.* Et quamvis promissi etiam simplicis fidem si quis fefellerit, Deum vindicem habeat, sanctius tamen fidem servat, qui se Numini etiam devovit, atque illud in testem conscientiae & factorum suorum adscivit: tantòq; peccat gravius, qui ultorem Deum propius in se ipse invocavit: Siquidem & flagitiosi adeò in conjurationibus suis fallere deinceps juramenti fidem, quàm nocere Reipublicae, majus esse scelus arbitrantur. Boxhorn. *l. 2. Instit. Polit. c. IX.*

II.

Est autem præcipuum Juramenti genus, quò obsequium firmamus, HOMAGIUM. Nam licèt hoc olim ad *vasallos* cum primis respiceret, & imò hodie subinde apud Gallos, juxta Rosenthal. *c. 6. conclus. 85. D.* quanquàm nihilominùs *hominum* magis quàm homagium in usu esset, (ita apud Cranz. *3. Vandal. c. 36. hominib, quod nunc*

A 2

be-

homagium vocant, prestito) quorum istud etiam concinnè magis & *α-
 ναλόγως* ad hominem i. e. Vasallum (vid. Cujac. 8. Obs. 14.) dici tradit
 Voffius lib. 3. d. Vit. Serm. Lat. c. 14. p. 464. ubi etiam *hominatus* oc-
 currit. Tamen postea homagium quoad subditos, & ut magis per-
 sonam citrà rei respectum concerneret, prævaluit; religio autem
 vasallorum paullatim (vid. Pacian. II. d. probat. c. 37. n. 28.) in pro-
 prium nomen vasallagii, die *Lehne* Pflicht/transiit. v. A. B. c. 25. §. 1.
 ubi pro vasallagio in Germ. die *Dienstbahrung*. Equidem nonnul-
 lis Homagium quasi *hominis ligium* dicitur. Gail. d. Arrest. c. 7. n. 10. Co-
 varruvia ab *ὁμᾶγιον* est, quasi simul juretur, apud Rosenthal. d. l. lit.
 D. Capycio ibid. lit. E. quasi *hominem ago tuum*. Sanè cum haud qua-
 quam Græcæ sit originis, unde itidem malè ab *ὁμῶ* unio, vel *ὁμῶ*,
 juro, deducitur, æquè, ac derivatio *Cavarruvia* inepta est. Ita ve-
 riùs ex Gallorum seu Francorum *hommage*, ut multa ejus generis, in-
 flexum esse censebitur. Par fatum habet vox *Paragii*, quo fratres
 natu minores à majoribus, citrà jurisjurandi vinculum, minorem
 partem feudi, pari scil. jure nativitatis, tenebant. apud Betsium d.
Paët. famil. Illustr. c. 8. p. 331. Propiùs verò ad significatum Homagii
Baronagium accedit, quod præcipui viri alicubi præstare solent, teste
 Seldeno lib. 2. Jani Anglor. fol. 106. Nobis dicitur die *Landhuldigung*/
ab hold und treu zu seyn / inde *Hulda* etiam apud Brouver. in *Annal.*
Trevirens. Lib. XVII. p. 186. ibi: *Post hæc fidelis obsequii sacramenta,*
Huldas memoria scriptor (Hocsemius, qui circa ann. 1308. vixit) ap-
 pellant * *Nobiles, Civitates ac Magistratus apud eum* (Balduinum, A. E.
 Trevir.) *dicere jussi*. Et in *Lib. 3. art. 54. Specul. Sax.* habetur: *als*
man den König wählet / so soll Er dem Reich Hulde thun und schwehren.
 Malè interpretes, *jurare fidem*, i. e. *homagium præstare imperio*, ruditate
 seculi excusandus. Daß Er des Reichs Gerechtigkeit beschirmen wol-
 le; ceu jam dum *Trajanus Imp.* in leges juravit. *Conf. Limneum ad art.*
31. verb. einen leiblichen Eyd / Cap. Car. V. & Imperator Pontifici, se
eum protecturum, jurat *Strauch. D. 4. §. 12. Exot. ut & simili mo-*
do jurat Rex Gallia. Aliò etiam sensu *Hulda* dicitur mutua Sena-
 tus

(* eadem appellatione, quæ occurrit aliquoties in scriptore vitæ ejusdem
 Balduini & fratris ejus Henrici VII. Imp. apud Steph. Baluzium in
 Miscell.)

tus & civitatis de privilegiis & juribus conservandis instituta, certis atque stans temporibus, asscuratio, velut antehac die grosse Hulde zu Erfurth. Theatr. Europ. Tom. 9. ann. 1664. p. 1115. Sæpè quoq; homagium Erbholdigung dicitur, quâ voce tamè aliquando jurantes solum quoad certa regalia obstringi constat: (Victor d. exempt. conclus. 36. p. 205. seqq.) eisdem qui territorii Domino, quoad Superioritatem territorialem & regalia non excepta, vel non communia cum Condomino, homagium, die Landes-Huldigung præstant: id quod etiâ observat Wehner. lit. L. voce Landes oder Erbholdigung: Besold. Tbes. Pract. Lit. H. n. 70. p. 405. d.

III.

Quin & Homagii diversa ratio est, prout varia est obsequii subditorum conditio, si vel ad Dominium plenum vel ad minus plenum, ad jus administrationis, pignoris, ad subjectionem in actu primo & secundo, ad præsentem & eventualem, aliosve modos respicias. vid. latius D. Huldericum Eybenium. c. 10. Elect. Feudal. §. 17. & Ziegler. ad Prax. Calvol. p. 61. n. 41. Verùm potior species definienda est, quam *subditus territorialis* suo Domino præstare solet, *juramentum* scil. quo Dominus territorii subditos sibi ad fidelitatem & obedientiam adstringit. Addit Ritterus c. 1. d. Homag. n. 21. cujus intuitu & ipse fides esse jubetur. Besoldus tamen in Tbes. Pract. voc. Huldigung. ad quasvis species cum *Knichenio* respicit, quando Homagium definit per *juramentum*, quod subditi Domino præstant in fidem pro ratione Jurisdictionis & subjectionis, donec in territorio manent: Nec tamen ubique habitatio in territorio ad subjectionem personalem requiritur.

IV.

Sed quoniam de aliis quoque juramentis, quibus obsequium nostrum obstringimus, nec solum de Homagio, tractare animus est: Ideo potissimum obsequium *publicum* ac *privatum* nobis respicitur, velut à privata autoritate pendet *juramentum administrationis & operarum*, quod quilibet Paterf. ab illo, quem negotiis & rebus suis fideliter curandis præficit, exigere solet, Setserus l. 2. de jurament. c. 2. n. 26. uti mercatores ab institoribus suis. &c. *Asscurationis* juramentum dicunt. conf. Stamm. lib. 3. d. serv. person. cap. 23. n. 4. Similiter juramentum, aut fides saltim stipulata manu promissa, an *Eydes statt/*

qua & *emphyteuta* & similes à Dominis ad hoc ut munera sua præstent, adstringi solent. Richter. *dec. 83. n. 180.* Publicum verò obsequii iuramentum tum universale est tum particulare. *Universale* quando vel Domino *proprietatis* subiecti sumus, vel *pignoratitio*. Illud *homagium* exigat, quod *personale* appellamus & jam modò designavimus, quodque præstant illi, quibus in omnibus & per omnia, nempe vi superioritatis territorialis, ac proinde non tantum vi quasi regali, imperari potest. Et hi tales sunt vel *omnimodò* vel cum *respectu* ad certa bona s. ditiones. Hoc autem *pignoratitium* postulat, quod præstatur auf eine Pfandschafft creditori, qui territorium in possessione habet, quamvis id non semper & ubique universale sit. Sed hæc cum territorii potestate exiguntur. Sunt autem iuramenta etiam *jurisdictionis*, ejusque *citrà Territorium*, ut quod Studiosi alique cives præstant *Rektoribus Academiæ*, quod item milites *Duci suo*: De quo Voëtius *c. 2. de Jure Militari. §. 9.* Particulare obsequium iuramenti variis constringitur tam *ratione obiecti* quam *modi*. *Ratione illius* occurrunt iuramenta tum fidelitatis, tum ministerii seu officii. *Fidelitatis* vel *citrà respectum ad rem*, ut est *fœderatorum*. Besold. *Th. Pract. d. 1.* Nam hoc à parte altera nonnunquam, si non obsequium, saltim observantiam, licet ne hæc quidem semper, statuminat: eoque iuramentum *clientelare*, die *Schirms-Pflicht* & pro diversitate advocatiæ constitutæ referendum est. Mager. *c. 9. n. 139.* vel etiam cum respectu rei, ut est *vasallagium* ratione Feudi. Denique *Modificatum* homagium est, *gemäsigte Huldigung* / quando subiectio vel *solum ratione rei* constituta est, vel *conditionem*, eamque aut *suspensivam* & eventum habet, aut *resolutivam*, so lange sie bey ihren Freyheiten / *Berechtigkeiten und Herbringen gelassen würden*: quod tamen genus iuramenti nunc ferè desuevit. Quin potius id sub modo, non sub conditione, enunciatur, & in formula introductoria, seu quâ civibus, priusquam erectis digitis se devoveant, præire solemus, præmittitur, daß Sie dargegen bey ihrer Freyheit / (cum primis religionis. *vid. I. Pac. art. 7. §. 1.*) gelassen werden sollen. Unde hæc quidem *ratione modò* non impletò non protinus vis obligationis resolvitur. Si verò homagium *ad rem certam* restrictum sit, *Homagium reale* appellari solet: quanquam sæpius *ratione bonorum sine*

COR-

corporali juramento obsequium voveatur, vermittelst schlechter
Pflicht. Klockius. *Relat. Camer. p. 854. n. 77.*

V.

Quamvis autem distinctionem Homagii in *personale & reale* mul-
ti rejiciunt, tamen id non nisi abusus effecisse videtur. Nam uti
certum est, reale quoque homagium personam jurantis, id est ani-
mum ejus & conscientiam ligare, ceu juramentum quodlibet aliud;
indeque hoc sensu nullum dari reale homagium: Ita impingunt il-
li, qui in omnibus iis, quorum bona quædam in alio territorio sita
sunt, & in quibus ipsi domicilium non habent, non nisi juramentum
reale admittere volunt. Nam utique in terris Saxonis observan-
tia satis valida in contrarium est, ut Homagium illorum personale
quoque habeatur, adeoque jurantem non duntaxat quoad bona il-
la, seu præstationes de illis, obstringat, verum etiam latius & ad per-
sonam eorundem porrigatur. Neque enim aliud formula illa ad-
mittit: auch sonst alles andere thun/ halten und lassen/was ein treuer
Unterthan gegen seinen Lands-Fürsten und Obrigkeit von Gottes
auch Gewohnheit und Rechts wegen zu thun schuldig ist. Quod
quidem cum & alii quam *vasalli* præstent, qui scil. bona allodialia in
terris Saxonis habent: hinc qualitas illa singularis juramenti non
tantum singulari vasallagii Saxonici naturæ tribui potest. Alias autem
homagium reale rem tantum principaliter, non etiam personam, ra-
tione conditionis, & ne quidem eam ratione jurisdictionis afficit, nisi
consequenter respectu rei & onerum realium vel eorum quæ perso-
næ pro rebus imponuntur. Thom. Michael. *d. Jurisd. th. 58. lit. a. b.*
M. Steph. *lib. 2. d. Jurisd. P. 1. cap. 7. n. 218. & seqq. & Myns. 5. Obs.*
*75. n. 7.** Interim non ubique nec ab omnibus qui bona sub territo-
rio habent, juramentum ejusmodi exigitur; Sed plerisque locis illi
nomine *Forensium* simpliciter censentur. Definit *Homagium id reale*
Brüningius *d. Homagio th. 305.* juramentum assecurationis, quod se-
curum reddat Dominum, nil contra statum moliturum possessorem
bonorum, & onera illis imposita agniturum & præstiturum esse. *conf.*

Pau-

* *ubi: non esse judicem illum, qui est rei, judicem etiam super obligationibus
ad constituendum jus in re.*

Pauermeist. lib. 2. d. Jurisd. cap. 9. n. 5. seqq. Unde subditum realema efficiunt: (vid. Heider. in Deduction. Lindav. p. 326. Dn. Eybenium dict. loc. §. 17. in fin.) i. e. cum, qui territorii Domino non subiectus est. Myler. cap. 38. d. Princip. & Stat. Imp. n. 5. ubi neminem hoc præstare teneri ait, nisi in illis bonis habitet: quod tamen usus satis refellit, & in illis terris ubi *Landsassatus* viget, juramentum ejusmodi in eo scil. sensu merè reali nequidem admittitur; quantumvis reluctetur Victor de exemption. Concl. 29. p. 172.

VI.

Quòd si de ORIGINE homagii quæras, omninò cruda est Baldi traditio, quando s. consil. 410. n. 2. ait: *jure antiquo non fuisse cognita juramenta fidelitatum, nec in eo vocem hanc reperiri.* (quod etiam Brüning. observat, th. 33. d. var. univers. spec.) Postmodum verò crevisse subditorum infidelitatem, & Dominorum voracitatem, unde ad servile nomen fidelitatis deventum sit, & macula quadam libertati injecta. Esse enim quandam obedientiarum servitutem in frænum rebellium introductam. Similiter Ant. Sola ad consuet. Sabaud. d. jur. Emphyt. P. 1. quest. 3. n. 12. Homagium servitutis speciem referre tradit. Enimverò ante Concilium Toletanum, quod ann. 633, celebratum est, jam solitum fuisse præstari juramentum fidelitatis à subditis, etiam ecclesiasticis, habetur in Apolog. Jacobi Angl. Regis, pro juramento fidelitatis. fol. 73. seqq. Quod nec à sacris literis alienum est, vid. Josuæ 1. v. 17. 2. Samuelis 5. v. 2. 2. Paral. 23. v. 16. 1. Maccab. 14. v. 47. & Genes. cap. 41. v. 40.* Consuetudini verò occasione feudorum introductæ id impunitat Ziegler. ad prax. Calv. voc. Civitas. in Limit, n. 27. Unde quoad juramentum obsequii tam in se, quàm ratione modi præstandi, in quibuslibet locis etiamnum consuetudo attendenda est. Besold. Th. P. d. l. p. 400. b. Cæterùm subditi etiam absque juramento fideles esse Dominis tenentur, Wesenb. consil. 9. n. 6. ut vasalli etiam injurati ratione feudi. Peregrinus 1. consil. 16. n. 16. cum pluribus. Tantùm quòd in obligatione jurata major vis & interior admonitio esse censeatur. Rittersh. lib. 1. part. feud. cap. 10. quest. 3. confer Lundorp. in P. 2. con-

tinuat.

* ibi Junius: *Hoc symbolo subjectionis Dominum Te agnoscet atque profitebitur.*

tinuat. Aetor. Publ. p. 184.318. ubi probè expenditur, ad quidnam juramentum subjectionis inventum sit. *junct. Speidelio, voce Huldigung.* ubi quod Princeps per hoc innumeros oculos, aures, manûs longas, & pedes celerrimos à populo commodatos nanciscatur. Unde etiam homagium à posteriori solùm arguit subditum, ut quia subditus quis est, ideo juret, non quòd is subditus non sit, qui non jurat. *Reinking. 1. d. R. S. E. E. cl. 5. c. 3. n. 5.* Porro *Feldenus ad lib. 2. Grotii. c. 13. §. 13.* justissimè exigi juramentum ejusmodi docet à magistratu, ut subditi sub amissione gratiæ divinæ obedientiam iis præstent, qui vice Dei funguntur. Non quasi Deus non etiam vindicet perfidiam in aliis juramentis promissoriis: Nam hæc sententia, licèt ei nuper imputata fuerit, tamen *Feldenj* non est; sed quòd ad mentem ejus *de J. N.* ex juramento promissorio dari non debeat actio, si ex principali negotio non nascatur; eò quòd juramentum accessionis vicem subeat.

VII.

Licèt verò dentur subditi, qui homagium nullum Domino suo præstent, & vel alii tantùm *homagium* præstent *reale.* *Klock. relat. Camer. p. 854. n. 6.* Tamen regulariter omnes homagium seu juramentum subjectionis subire tenentur, qui *Domicilium* sub Domino territorii habent, idque *habitationis.* Unde si quis *in pluribus locis* habitet, ut *Nobilis diversa castra tenens*, etiam in illis ad *juramenta plura* subjectionis tenetur. *Schütz. vol. 1. ad Jus Publ. D. 6. th. 17. lit. a. Pfsalburgerorum* aliud genus & institutum est, quos adhuc civitates nonnullæ ex privilegio retinuère, ut *Heider, notat. Deduct. Lindav. p. 231.* (conf. ea quæ *ad Bæcler. Magnif. Dominus Præses* extensè docuit.) Neque interest, cujuscunque conditionis quis fuerit, etiamsi Princeps: *Schrader. conf. 23. n. 149. seqq. Ritter. d. Homag. c. 5. n. 95.* quem tamen corporaliter jurare non solere, sed stipulatâ tantùm manu subjectionem & fidem promittere constat. *Comites verò* corporaliter jurare oportet. *Schrader. d. l. Maulius c. 1. d. Homag. n. 4. seqq.* ubi idem *de Silesiæ Principibus* tradit, quos tamen Superioritate Territoriali gaudere *Zieglerus* scripsit *ad Calvol. p. 84. n. 224. seqq.* Et quidem *Viennæ* comparere *Duces Silesiæ* non tenentur, sed coram *Commissario Regio* in arce *Vratislaviæ* investituras suas accipiunt. Sed & *Clerici* ad homagium subeundum adstringuntur: quod non modo ratione

Imperii Rom. constat vid. Sprenger. in *Lucern.* p. 97. ubi verum illud esse juramentum subjectionis asserit. Verum multò magis in Clericis cæteris observandum est: quippe quòd subiecti sint Seculari Magistratui: *I. Pet. 11. v. 13. Bæcl. 1. Pol. p. 103. & Gail. d. Pignor. cap. 15. n. 6.* neq; etiam sinè subiectione illa Superioritas aliqua conservari possit: ac deinde Clerici jurare quoque in aliis casibus teneantur. *Carpz. Tit. 13. process. art. 4. §. 9.* Quin & alii quàm Episcopo suo jurare possunt. *Klock. Relat. Cam. p. 641. n. 12.* Unde licèt in *c. 30. X. d. jurej. c. 6. X. d. Majorit. & obed.* jubeatur, ut ne Clerici, non habentes temporalia à Dominis temporalibus bona, illis homagia præstent. Tamen & olim Episcopi Imperatori ea præstiterunt, *Lehmann. II. Chron. Spir. 41.* & imò ipsi Pontifices adhuc Imperatori Seculo X. subiecti fuere, *Gregorius verò VII. primus Clerum exemit, atq; Seculo XIII. Papa Episcopos etiam sibi juramentò obstringere cœperunt, & nunc quoq; hi Imperatori homagia præstant. Imò & ap. Catholicos, licèt Principibus suis Clerici regulariter non jurent, tamen diversis locis aliud consuetudine obtinet. Gylm. Decis. 46. n. 159. ibi: quòd Prælati in Bavaria Homagium præstent. Planè apud Protestantes ad Juramentum subjectionis formale Clerici adigi non solent, sondern werden bey dem Handschlag gelassen: ut de Hassia testatur Reinkingius. I. cl. 5. cap. 4. n. 43. Quid verò de Forensibus? Ob bona quidem, quæ quis habet in territorio, ad homagium non tenetur, nisi ita consuetudo ferat: *Vultej. d. Feud. c. 6. n. 5. lib. 1. Rosenthal. c. 6. d. Feud. conclus. 85. n. 8. K.* quoniam homagium personarum duntaxat subiectionem eamque stabilem respicit, non rerum, ut *Klockius* censet *de Contribut. c. 20. n. 346. seqq.* Unde is etiam, qui ratione personæ tantùm, idque ad tempus, jurisdictioni illius loci subest, pro subdito propriè non habetur, quàmvis Legibus ejus vivere cogatur, qui eidem territorio præest: ut sunt peregrini, advenæ: siquidem hi non aliter Domino obligantur, quàm quoad usque ibi degunt, & quidem ex facto suo. Nam ad onera realia non obstringuntur, cum nec bonis civium fruantur communibus. *Conf. Victor. de exempt. conclus. 29. & 30.* Forenses autem, qui regulariter etiam de bonis sub alieno territorio sitis realia onera præstare debent, (*Myns. 5. Obs. 22. & al.*) ibidem homagium reale, si consuetudo ita exigat, subire tenentur. De Incolis, quòd hi ad homagium adigantur, extra dubium est. Ne-
que*

que enim, ut Jus Civitatis quispiam in loco habeat, requiritur: Si tamen quis perpetuum in territorio persistere non cogitet, daß er sich beständig niederzulassen nicht gemeinet/ sondern nur eine Zeitlang miethweise sich aufzuhalten und seyn Haus= Wesen alda zu führen gedencket/ quod secundum circumstantias, atque cumprimis juxta conditionem personarum rerumve, admitti solet, ille homagium quidem non præstat, es wird ihm aber ein gewisses Schutz= Geld angesetzt/ und er in Handgelöbniß genommen / der Obrigkeit des Orths/ so lange Er daselbst wohnen wird / in allen gebührliehen Gebohen und Verbothen gehorsam und gewärtig zu seyn.

VIII.

Planè in terris *Saxonicis* Homagium subeunt etiam *Vasalli*, tum verò *Cives* quoque & *subditi Urbium* ac *Præfecturarum*: atque hoc vel sub initium Regiminis, vel etiam ut id postmodum quilibet subeat necesse est, à quo præstitum nondum fuit. Et *minorenes* quidem postquam ad *majorennitatem* pervenerint. Aliàs verò quilibet qui *Oeconomiam* suam instituit, aut in *civem* aut *subditum* in *civitate* vel *Præfectura* seu *Provincia* receptus fuerit: ut tamen non minus *Præfectis* von *denen Amt= Sassen* in ipsa *Præfecturâ*, quemadmodum & *Statibus Provincialibus*, cæterisque qui sub *Principe* *Jurisdictionem* vel *subditos* habent, die *gebührliehe Pflicht* præstetur: à qua obligatione *obsequium Principi* seu *Domino Territorii* debitum utique exceptum esse censetur. Quin & die *Bergwercks= Gewercken* in *Saxonia* homagium subeunt. Sed *Maritus* si præstitit, ab *uxore* quoque præstitum esse intelligitur: *Lindenspur/ ad ord. Provinc. Wurtenb. fol. 4.* *Illustres* autem *Fœminæ*, *Viduae* *Administratrices Famil. it. Abbatissæ*, *affecurationem* *Domino territorii* præstare debent. Sic & *fili* per *Patrem* ligantur, adeòque *maritus* *Paterve* jurat, tanquam *caput familie*: *Bruning. d. Homag. th. 327.* ut tamen *liberi*, quàmprimùm, *separatam Oeconomiam* instituunt, ipsimet homagium subire teneantur. *Knichen. cap. 2. d. jur. territ. 293.* *Surdus Dec. 148. n. 5. seq.* *Argentorati* etiam *adolescentes* sub *Patria* potestate existentes, *Bruning. d. l. th. 322. & d. th. 327.* *Boëthos opificum*, licèt *cives* non sint, nec fortassis etiam *futuri* sint, tamen *Magistratui* juramento semet obstringere teneri notat: quod juramentum remissiozem quandam homagii speciem

continet, & ad certa tantum capita restringitur: eòq; pertinet, quòd in Ducatu Württemberg. teste Mylero c. 38. n. 9. homagium præstent, die jungen Bürgers = Söhne / so ihre Mannbare Jahre erreichet / und die Mannbaren Dienst = Knechte / qui alicubi intra octiduum, ex quo conducti sunt, ad Magistratum, homagii præstandi gratiâ, deducuntur. *Minores* verò utcunque non jurent, subditi tamen sunt nihilominus. Quid verò de eorum qui jurarunt *heredibus*. Gylm. 1. Dec. 46. n. 97. (vel apud eum *Referens*,) observantiâ receptum esse tradit, quòd non prius ab heredibus homagium exigatur, quàm si tota provincia illud in solenni & publico conventu præstet. Quod tamen improbable est; vel saltim eam observantiam universalem non esse satis constat. Utique homagium ratione jurantis, & quâ vinculum personale, in heredes non transire indubium est. cap. 14. X. de jurejur. & cap. 9. X. d. arbitr. Goeddeus 1. consil. 27. n. 120. Licet quoad observantiam obligationis, (vid. Stuck. 1. consil. 22. n. 108. seqq.) atque ratione civitatis ipsius, seu Superioris, secus esse doceant, quia scil. juretur huic & posteris ejus. Knichen. d. sublim. terr. jur. cap. 3. n. 252. Et tamen ne hoc quidem probandum est, ipsiq; usui repugnat. Videlicet conditionale saltim illud est quod heredibus præstatur; & hinc de præsentis denuò præstari debet Principi successori, quia id ipsum exegerit.

IX.

Exigunt juramentum subjectionis, in symbolum singularis præminentiae, (ut Knichen. ait, cap. 3. d. jur. terr. n. 278.) hi qui *jus Superioritatis* in territorio habent: Vultej. 3. Cons. 35. n. 30. seqq. sive eam teneant jure feudi, sive allodii. (de quo Besold. jur. publ. p. 263.) Sunt enim Comitatus integri in Imperio, quorum nil quicquam à Cæsare & Imperio feudi jure suscipitur: Et imò licet omnis Superioritas unice à Cæsare pendeat, neque illo inferior Superioritatem, quippe ossibus suis inhaerentem, (juxta Knichen. d. Saxon. Prov. jur. Verb. Duc. Sax. cap. 7. n. 13.) alii concedere possit. Idem Knichen d. J. Territ. cap. 1. n. 343. seq. Besold. d. stat. Reip. subalt. c. 2. Reinking. Clasf. 1. c. 3. d. R. S. & E. n. 2. seqq. Tamen in Imperio exempla occurrunt, ubi Superioritatem certi districtus allodiam Statum una cum illa regione in Feudum Constatui offerunt: Ex quo tamen non protinus personæ & Jurium subiectio adv. offerentem inducitur; quin potius

tius

tius Vasallus omnia Superioritatis jura tam in sacris quam profanis liberè exercet. Non etiam interest, quamvis *Fœmina* præsit Territorio, quæ homagium exigat, ut in Imperio Abbatissa, vel si *Fœmina* quædam, einc *Erbs-Tochter* in hereditario & ad sexum fœmineum transitoriô Principatu vel Comitatu succederet: eò quòd hæ etiam Statûs Imperii habeantur. *vid. Victor. d. Exemt. conclus. 4. n. 13.* An autem quando *Fœmina* illustris Domino seu *Marito suo* Comitatum attulerit, homagium denuò à subditis Marito præstandum sit? *Qu.* Et sive in dotem attulisset, ubi Maritus Dominium Civile habet; sive inter paraphernalia, ubi non minùs plenè administrat, indeque utilitatem sibi omnimodam, observantiâ hoc testante, redigit, utique homagium exigere potest: quoniam non aliter Administratio regiminis procedere, nec subditi ad obsequium cogi possunt. *vid. Author. Nucl. Respons. Cameral. XIV. Ætatem eam* in exigente requirimus, quæ Regimini suscipiendo vel Lege vel Cæsaris beneficio congruit. Nam ita *Philippus Magnanimus, Hassia-Landgravius*, permittente Cæsare, anno 14. ætatis Terrarum suarum regimen aggressus est. Alias verò *Tutoribus Principum* id præstatur, & si *Electorum Principum* Tutores respicias, illi quando Minores ipsorum anno 18. ætatis Electoratum capessunt, etiam iisdem terras præter Electorales reliquas restituere debent: malè olim contradicente *Richardô Palatinô*, in successione *Friderici IV*, siquidem id ipsum observantiâ in *Palat. Frid. V. & Christiano II. Saxon.* comprobatum est.

X.

Igitur actu regentibus debetur, pro se & successoribus, ex descendente vel collateralis linea, juxta ordinem successionis, vel communis, vel pactitiæ aut privilegiatæ. Atque is communiter, utturbae inter subditos, eveniente casu regentis Domini, evitentur, in ipsis *formulis* exprimi solet: æquè ac in literis Investiturarum sequela Dominorum, à quibus posthac Feuda recognosci debeant, exhibetur: indeque plura in futurum juramenta circa eandem familiam subnectuntur, quæ & ipsa quanquam propiùs obligare videantur subditos, quàm id juramentum quod cum primis eventuale dicimus, quando sc. acquisitio Principatûs in eo cui juratur, non modò ad simplicem successionem sanguinis dilata, sed ab implemento quo-

dam conditionis, seu casus extrinsecus evenientis, suspensa est. Tamen subjectionem actu tantum primo inferunt. Eventuale autem Homagium illud fuerat, quod Sereniss. Electori Brandenburgico à Capitulo unà cum Ordinibus & subditis Archi-Episcopatus Magdeburgici, vigore I. Pac. art. XI. §. 7., præstari oportuit. * Nec non quod ad *Confratres* in Principatu vel Comitatu respicit. Nam pactum inter Serenissimos Saxoniae Electores & Duces ab una & Hassiae Landgrav. ab altera parte habet, daß jegliche Parthey der andern Parthey auf solche Brüderschafft / auf- und untergebung / alle ihre Mannschafft / sie seyen Grafen / Herren / Ritter oder Knechte / Burgmänner / Vogte / Haupt- und Ambt- Leute und Bürger /c. eine rechte Erb- Huldigung thun lassen; Unde etiam Hassiae Ministri & subditi ab Elect. & Ducib. Saxoniae, & vicissim horum subditi & ministri ab illis, *Piebe Getreue* appellantur: quod quidem jus subjectionis purum non inducit, ut rectè *contra Reinkingium* Carpzov. d. *Pacto Confrat. Saxonico-Hass.* §. 64. n. 43. Quin etiam Sereniss. & Potentiss. Elect. Saxon. à subditis & Vasallis Principatum ad Sereniss. Dnn. Patruos, eorumque descendentes, spectantium, tanquam membrorum & partium, quæ Terris Electoralibus & hereditariis incorporata sint, vi Territorii Universalis & Superioritatis in corpore unito, & respectu reservatorum sublimium, homagium sibi præstari voluit.

XI.

Quoad hos qui terras in Imperio cum Superior. Terr. per *Oppignorationem* habent, extra dubium est, quod vi Superioritatis, quâ in illis gaudent, homagii quoque exigendi potestatem, & cætera superioritatis jura, obtineant. Est enim id genus pignoris peculiare, quò Dominium non aliter translatum esse censetur, atque Jure Civ. quoties per mancipationem, contractâ fiduciâ, pignus in creditorem transferebatur. Paul. 2. sent. 13. §. 3. & 5. & tit. 6. §. 74. Ant. Fab. Dec. 21. err. pr. 1. de quo tamen ob sublatas suo tempore

* *ibi: Interea autem teneatur Capitulum unà cum Ordinibus & subditis dicti Archi-Episcopatus, statim conclusâ pace, prædicto Domino Electori & toti Domui Electorali, pro se atque omnibus in ea successoribus & heredibus atque agnatis masculis, se sacramento fidelitatis & subjectionis in eventum obstringere.*

re mancipationes Justinianus Imp. in *Pand. & Cod.* nil retulit: Quamquam & aliis modis fieri possit, ut debitor pignus non recipiat. *vid. l. 1. Cod. d. pign. Myns. 6. O. 70.* prout jure etiam Teutonico Dominium pignoris in creditorem transisse legitur. *Spec. Sjev. c. 311. conf. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. art. 2. §. 2. Add. Jac. Gothofr. ad l. 9. C. Theod. d. infirm. his quæ sub Tyrann.* Et hæc oppignorationes, etiam reuivibiles, per *Instr. Pac. art. 5. §. 9.* confirmatæ sunt: adde *Heider. in der Lindauischen Ausführung. p. 447. ibi: Daß die Stände des Reichs solche pignoratitias conventiones dahin verstanden / daß sie denen ohnwiderrustlichen allodial und feudal regalien, Obrigkeiten und Privilegien / unter denen sie in confirmationibus promiscuè gesetzt und erzehlet werden / disfalls gleich zuachten; Quod quidem magis necessitati facti, quam naturæ indolis pignoratitiæ, adscribere non debuit Zachar. Vietor. concl. 35. d. Exempt.* Unde Heiderus *d. lib. p. 223.* Dominum pignoris posse, annuentibus subditis pignoratitiis, invitò Domino proprietatis, reformare religionem, autumat; si modo in jure pignoris Superioritas territorialis contineretur. Præclarum est exemplum, quod huic loco deservit, in Civitate Imperiali *Friedbergensi*, quæ antehac Moguntino Archi. Ep., item Isenburgenfib. Comitibus, & Dynastis in Eppstein, oppignorata fuit. Hanc pignorationem *Ganerbii* Castri *Friedbergensis* sibi compararunt, eaque uti voluere deinceps Burggravii ejusd. Castri pro stabilendâ in Civit. illam, Superioritate Territoriali. Sed contradixit Civitas ob documentum oppignorationis à Carolo V. profectum, quo se obligat Imperator, daß die Stadt beym Reich bleiben solle. Hinc Cives dicunt, se homagium præstitisse Burggravio, auf solche Pfandschafft / nec ultrà: quoniam simul etiam jurent Cæsari, & qui hunc immediatè sequatur, Senatui suo.

XII.

Utique homagium quodlibet secundum naturam actûs, super quo concipitur, intelligendum est. *Myns. Dec. 11. resp. 5. Cothm. 1. Resp. 18. n. 175. seqq.* Unde licet aliquando debitor suo creditori in *Antichresi* regionis oppignoratæ quid permittere soleat, remissò etiam subditis & Officialibus juramentò, & ut eò, creditori devinciantur: quale quid Mercatoribus & imò Judæis contigisse novimus, tamen inde nulla subjectio, sed solum fidelitas, ad solius

con.

contractus pignoratitii conservationem, argui debet: Ita ut si maxime creditor milites inferat, subditos ad arma vocet, jurisdictione exerceat, collectas imponat; ea tamen omnia jure tantum conventionis censeantur. *adde Bruning. d. Homag. c. 1. n. 6.* Quid quod, saltem vi *regalium*, alterius territorii subditi, regionis hujus Domino homagium vel juramentum obsequii praestent: quod Besoldus Juri cuidam servitutis adscribit *in Jur. Publ. p. 264.* Et cum saepe concurrentibus in *Con-Dominio* pluribus, utrinam eorum Superioritas Territorialis, & proinde jus Homagium exigendi, competat, ambiguum sit. Hinc ex quibus Regalibus ad Jus Superioritatis Territorialis argui possit? *Klock. conf. 3. n. 2. post tract. d. contribut. & plenius ad Bœclerum Magnif. Dominus Praeses* disquirat; quoniam aliqua sint, quae non nisi ei qui Superioritatem debet, competere possunt, eique propria habentur. Quamvis autem in Camera Imperiali *omnimoda Jurisdictio*, nec non *merum & mixtum imperium* pro Superioritate Territoriali accipi, notet Gylmann. & alii: *vid. Bیدنbach. qu. 1. n. 9. seq.* Tamen illud rectius fortasse in immediatis, utut nec in his ubique valet. In quibus etiam si eorum uni in eodem loco *civilis* competit Jurisdictio, alteri *criminalis*, Superioritas potius ei competere censetur, qui Jurisdictionem civilem habet: *Tb. Michael. concl. 56. d. Jurisd.* Quapropter etiam insignia illius potius affigenda sunt muris ac turribus, quam Domini meri Imperii. *Knipsch. lib. 1. d. Jur. Civ. Imp. c. 12. n. 144. Höpping. cap. 13. d. J. insign. n. 114.* Siquidem Criminalis Jurisdictio neminem Domino meri Imperii subjicit, nisi cum peccaverit *Maul. d. Homag. tit. 1. n. 17.* Unde etiam hic *insalutatō* Domino civilis jurisdictionis armatā manu locum ingredi non potest, extra casum admissi facinoris, ut delinquens scil. apprehendi & inquiri possit. *Rosenth. d. Feud. c. 6. conclus. 55. n. 10. Arum. d. J. Pub. Disc. 24. q. 5. Gylm. Tom. 1. Sympb. p. 1. f. 336.* Interea Domino imperii meri vel *Centenæ* Juramentum peculiare, *die Centh=Pflicht* / praestari solet. Similiter *Con-Dominis* aliis juxta eum qui superioritatem habet, pro observantia praestantur juramenta varia, *conf. von der Gleits/ Forstlichen/ Jagt/ Brank/ Ampts/ Gerichts/ auch Lehens=Pflicht und Obrigkeit* / eorumque accessoriis, *Leipold. d. Concurrent. jurisdict. qu. 11. & 12.* item de juramentis, quibus se obstringunt homines *ihren Leib=Herren / Vogt=Herren / Dienst=Herren*

Harren & Author Deduct. Lindav. p. 839. junct. Ziegler. ad Praxin
 Calvol. §. Landsaffi. Concl. 1. n. 75. 80. Quòd si vero plures de Superi-
 oritate participant, ita verò homagium omnibus præstandum est: &
 quamvis tituli respectu fortassis impares sint, tamen nulli eorum in
 alterum jurisdictio seu Imperium competit. Besold. lib. 2. Pol. c. 5.
 n. 10. Nolden. c. 16. d. Nobil. n. 31. Utri autem eorum, si contraria
 imperent, obtemperandum sit? an factum à pluribus ab uno cas-
 sari queat? An subditi Dominos ad concordandum cogere possint?
 vid. Pacian. d. Probationib. lib. 2. cap. 36. Planè etiam *privatis regalia*
 possunt competere: Sixtin. lib. 1. d. Regal. 14. n. 77. (Dissent. ibi-
 dem Knichenio c. 1. d. J. Terr. n. 208.) quæ quidem tunc simpliciter
jura aut *privilegia* appellare solemus: & quòd *emolumenta* regalium
 privatis acquiri possint, etiam per locationem, nemo dubitat: Socin-
 jun. vol. 3. conf. 8. n. 52. Sed & usu atque consuetudine induci pot-
 est, ut quæ olim regalia non fuerunt, pro regalibus hodiè ha-
 beantur. Rosenth. c. 5. concl. 94. n. 1. Quòd verò Regalia privatis
 in eo tribuere *Non-nemo* voluerit, quando v. c. Paterf. in domo le-
 ges condit, servum manumittendo Civitatem confert, Jus vitæ &
 necis in liberos & servos olim, & nunc etiam maritus adulterum de-
 prehensens exercet, Nobilitatem conferunt Patres Nobiles filiis ex
 se natis, Tutores dat Pater, Belli jus habet, qui ab hoste capien-
 do suum facit, &c. illud quidem insipidum est.

XIII.

De Civitatibus Imperialibus Knichenii traditio (quàm temerè
 probavit Rosenthal c. 5. de Feud. concl. 13.) Superioritatem Territo-
 riam eis denegantis, dudum explosa, & per Instr. Pacis Art. 8.
 §. 4. *abunde splendido corpori prospectum est. Adeò ut nec
 distinctio illa apud Mingium tb. 44. d. Superioritat. Terr. recipien-
 da sit: quasi illis tantum realis, non etiam personalis Superioritas

C

com-

* ibi: *Liberis Imperii Civitatibus, non minùs quàm cæteris Statibus Imperii,*
votum decisivum, isque rata & intacta maneat Regalia, vectigalia, re-
ditus annui, libertates, privilegia confiscandi & inde dependentia aliaque
jura, ab Imperatore & Imperio legitimè impetrata, vel longo usu ante
hos motus obtenta, possessa & exercita, cum omnimoda jurisdictione intra
muros & in territorio.

competat: prout etiam non melior est *Taboris c. 6. d. Metat. §. 12.* inter jus Dignitatis à jure Potestatis distinctio. Neque enim cum de Superioritate quaeritur, ad Dignitatem personalem, nisi eam qua Dignitatem Status quis sustinet, respiciendum est; at verò hæc etiam pluribus in corpore spectatis eadem ratione, & facilius multò quam Majestas corpori Polyarchico, inesse potest. Equidem si initia Libertatis in Civitatibus Imperialibus, & conditionem illarum, quibus *Advocati* præerant, respiciamus, *Reichs = Bögte* (quos quando revocandos esse vult *Additio ad Besold. Th. Pr. voce Reichs = Städte* valdè ei indignatur *Author Deduct. Lindav. p. 50.*) item *Reichs = Schulzen*/alià planè facie, quàm id nominis hodiè in unâ alterâve earum superesse videmus: Utique Superioritatem difficiliùs quàm Status cæteri consecutæ sunt. Sed nunc quidem pari cum illis jure censentur, atque hinc Homagium exigunt. *Myler. c. 38. d. Princip. & Statib. Imp. n. 3.* Invidere tamen hoc nonnullos Civitatibus, quòd cives illis juramentum præstent, cum id solis Principibus deberi putent, *Mevius observat Lib. 1. ad Jus Lubec. Tit. 2. art. 3. n. 31. seqq.* & invidiæ sententiam *Knichenii* tribuit, quando is obedientiam solùm Magistratui urbano jurari dicat, quâ ad jurisdictionem opus sit, non verò universalem & immediatam subjectionem, cujus tessera sit Homagium. De eo tamen rectiùs dubitari poterat: An *Cives Civitatum Imperialium* immediatè sint subjeti Magistratui Urbis, an Imperatori? nam & hoc à *Dillingensibus* antehac disceptatum est, atque ad naturam Homagii valdè refert. Dicendum putem, Cives quidem universos, in quantum unum corpus cum Magistratu suo, & personam Civilem à singulis abstractam, constituunt, Magistratui nec subiectos esse, nec esse posse. Subesse autem, si ut singuli spectentur. Neque etiam Senatus in eos Imperium Cæsaris exercet, sed illis suo nomine & jure imperat: ut adeò non minùs Cæsari mediatè subsint, quàm Statuum aliorum subditi. Atque hinc etiam jurant Senatui, *treu und gehorsam zu seyn*/eique collectas solvunt, onera & operas præstant. Quòd verò Cives cum Magistratu Imperatori etiam jurant, ipsique majoribus in Civitate rebus adhibentur, non officit: in eo enim sita est singulorum ab ipso corpore differentia. De *Urbibus Privilegiatis*, quas nonnulli *mixtas* malè appellant, & quibus olim *Brunsviga* se

accensuit. * An illæ homagium quoque à Civibus suis exigant? Qu. Et cum aliquibus tantum Regalibus gaudeant, ceu quidem Principes illis nonnunquam jus præfidii militum, armamentarii, item collectarum, monetæ, reliquerunt, nec non ut causæ ab ipsis ad Cameram devolvantur, jura item Episcopalia exercere, & Judicia publica administrare possint: inde juramenta quidem obsequii, sed non etiam homagia verè dicta exigere poterunt. Quantum verò ad *Civitates Imperiales* nonnullas attinet, quæ *Episcopis suis* & ipsæ jurant, cum ejusmodi juramentum subjectionem non inferat; quoniam istud saltem ratione quorundam Regalium iis præstatur. Hinc quò minus illæ Civitates à Civibus suis homagia exigant, propriè dicta, nil impedit. Non obstante, quòd *Wormatiæ* ad Episcopum appellandum sit, neque enim præcisè Appellatio Superioritatem inducit, imò Episcopus ad Cameram causas remittere tenetur. *Gylman. Tom. 3. Sympb. f. 37. & 300.* Quemadmodum non officit, quòd *Colonienses* jurent, ihrem Bischoff treu und hold zu seyn/ Nam & hold indifferens est, ut in verbo Erb = Huldigung apparet, & in juramento additur, als lange er uns hält in Recht und Ehren/ bey unsrer alten Gewohnheit. *Adde Victorem d. Exempt. concl. 34.* ubi plenius ostendit, quòd ex regalibus nulla Superioritas: *item Besold. p. 3. Jur. Publ. c. 6. p. 264. & de Civit. Imperial. concl. 12. & Ziegler. ad Prax. Calvol. §. Landsaffii concl. 1. n. 80.*

XIV.

Ad *Nobiles Imperii immediatos* progrediamur. De quibus vix tutò asseritur, *Superioritatem Territorialem* propriè dictam illis competere, talem scil. qualem Status Imperii, vi specialis sui Axiomatis & quòd status sunt, sibi vindicant. Etiam si enim Territorii Superioritas non aliud quàm Territorium & immediatatem in eo requirere videatur: atque illi vix sibi consent, qui Nobilibus ideò Superioritatem illam denegant, quia amplum & continuum territorium nullibi ferè possident; Quin & Status jam in Imperii Regimine universali Principes alique fuerint, priusquam introducta fuit Superioritas.

* *vid. Aa. consilii ult. in vol. IV. consil. Klockii*, ubi etiam p. 816. formula der Huldigung/ sed nunc quidem den neuen Recess, sub dato den 10. Jun. 1671. im Haupt-Quartier Niddags = Hausen/ap. *Fritsch. ad Limn. l. 7. c. 9.*

ritas. Quocirca etiam absurdum non est, posse superesse hodie-
 num aliquos, qui Sessionem & votum in Comitibus habent, & tamen
 in Comitibus suis terrisve aliis Superioritate territoriali non gau-
 dent, eò quòd ad eam Principes, in quorum territoriis illi degunt,
 eosdem adspirare passi non sunt. Tamen diffidendum non est, uti
 Statuum libertas & Potentia sensim excrevit, ita etiam iisdem fatis
 Superioritatem illam productam atque indies extensam fuisse, ut
 nunc quidem omnia in suis territoriis imperandò omninò possint
 Statùs, quæ Legibus Imperii excepta & Cæsari reservata non sunt:
 idque non aliter, nisi vi ipsà juris illius realis territorio còhærentis,
 quod adeò tanquam proprium & essenziale consecutivum Statui
 cuilibet habenti terras immediatas, quà tali competit. Econtra ve-
 rò Nobiles solum ea in regionibus suis exerceant, quæ illis vel per in-
 vestituras definitas, vel concessiones speciales, tum Cæsaris tum Con-
 stitutionum Imperii, vel longò usu, eòque in qualibet jurium specie
 probandò, obvenerunt: ac proinde non tam ex ipso educuntur
 territorii jure, quàm potius in territorio ex concessione extrinseca
 exercentur: Quæ quidem licet vel omnia regalia quæ hætenus eo
 nomine recenseri solent, conjunctim, & eximia quoque, velut in-
 ter ea Jus reformandi, confiscandi, statuta condendi &c. fuerint, ta-
 men quia in specie demonstranda sunt, atque ultrà usum & conces-
 sionem sibi quidquam jure sumere non possunt Nobiles, idcirco
 Superioritatem ea formaliter talem efficere nemo rectè dixerit. Ceu
 nec effectus similes causam vel efficiunt vel arguunt. Quare non
 modò non Superioritatem, sed nec Jus Territorii specifico & proprio
 sensu illis tribuere licet: (*vid. art. 5. Instr. P. §. 10. & §. 14. n. 42.*) cum
 nec leges Imperii alterutrum illis tribuant, sed tantum mit Regalien
 und Obrigkeiten instructi esse dicantur. *art. 3. Capitul. Leop. junct.*
Sixtin. lib. 1. d. regal. c. 1. n. 18. 19. Et si maximè discrimen nullum
 inter Herrlichkeit und Lands-Herrlichkeit/quando promiscuè & vul-
 gariter accipiuntur, reperias, tamen etiam in hac quæstione omni-
 nò differentiam exprimere valent. Proinde quamvis Nobiles à sub-
 ditis suis homagium quoddam exigant, (*Mylerus d. cap. 38. §. 3.*) *

ta-

* ubi rectè: *juxta naturam & qualitatem jurisdictionis, quam possident:*
 Cum quidem alibi *c. 36. §. ult.* Superioritatem Territorialem il-
 lis cum pluribus adscribat.

tamen illud amplitudinem subjectionis non continet: adeò ut subditi ad obsequium illimitatum, non ita uti Statuum subditi, Nobilibus obstricti putandi sint.

XV.

Sed longè tamen adhuc remissior est juramenti species, quæ subditi *Nobilibus Mediatibus, Dominis & Magistratui suo*, obligantur, quippe quòd solùm potestatem regiminis subordinati & Jurisdictionalis respicit, salvâ subjectione, quam Magistratûs æquè ac ipsi ejus subditi Domino territorii debent; quanquam illud verè juramentum fidelitatis & subjectionis sit, (prout illud quilibet ab eo, in quem jurisdictionem perpetuam habet, exigere potest,) adeòque ob domicilium fixum, non etiam solùm ob hoc, quòd prædia sua à Dominis illis recognoscant, præstetur: Ziegler. *ad Prax. Calvol. §. Nobiles. conclus. 1. n. 2. seqq.* ut tamen, ubi consuetudine id invaluit, *porrectione tantùm manûs* in potestatem & jurisdictionem accipiantur. M. Stephani. *lib. II. P. 1. d. Jdict. Imp. R. J. c. 2. memb. 2. n. 188.* Unde æternâ memoriâ dignissimus Princeps, ERNESTUS PIUS, Dux Saxon., in der Landes-Ordn. P. II. c. 2. Tit. 1. Es werden auch unsere getreue Landstände und andere unter unserer Landes-Fürstl. Wohlthätigkeit begriffene Gerichts und Erbherren/deren Unterthanen mit gebühlicher Pflicht zu belegen wissen. Auch ist darbey der Gehorsam/ so uns/ als Landes-Fürsten gebühret / als für zu recht selbst ausgenommen jederzeit zu achten und zu halten. Idem de illo nexu, quo subditi alii *Prefecturis*, der Ampts Unterthanen-Pflicht / & quò cives Senatui in Oppidis & Urbibus, quas vulgò Municipales malè appellant, * (rectius Provincialibus,) se obstringunt, censendum est, dem Bürger-Eyd / pro obeundis muneribus Civitati debitis, & ut deinceps per consequens fruantur, der Brau-Schencke-Bohn-Weid-Trieb-Trab- und anderer Gerechtigkeiten. Gylman. *Tom. 5. Symph. rel. 10. fol. 47.* ubi quòd hoc ipsum homagium (eximium scil.) non sit: Quàmvis etiam Civitates illæ Regalibus quandoque gaudeant: quorum capaces illas esse jam supra diximus, & experienciâ satis constat. Et ejusmodi Homagium civium liberi, quàmvis ipsâ Nativitate jus Civitatis habeant, indeque illud redimere non teneantur, tamen quàm primùm

C 3

se-

* v. Carolum Sigonium *d. antiqu. J. Civium Rom. ubi & de Colon. Latinit. Provincial. Prefectur. conditione*;

separatam Oeconomiam instituere, & exercitiô juris illius frui cupiunt, præstare & ipsi Magistratui suo tenentur: quanquam si velint, liberetiam alibi domicilium suum constituere possint. Solet autem in illo juramento Magistratui præstando non minus præmitti persona Principis, cui homagiû primariô & principaliter debetur, & post hunc demum fides & obsequium Magistratui promitti: Velut ex formula quâ Lipsiensi Civitati jurant Cives ejus, ap. Dn. Ziegler. lib. 1. c. 29. d. Jurib. Majest. §. 15. evidens est. * Cœterum si quis Civis factus fuerit, censetur eô ipso privilegiis suis renn-
ciasse, quatenus ea jurisdictioni & imperio Magistratûs illius submitit: Quod tamen exceptionem patitur in personis, quæ vel generale privilegium ex conditione statûs sui habent, vel etiam in Aula & Comitatu Principis sunt: velut in universum Besoldus ap.

Tabor.

* Ich schwere/das ich Herrn Johann Georgen/Herzogen und Churfürsten zu Sachsen/ze. meinem gnädigsten Herrn/vor sich/und Herrn Augusten/Herzogen zu Sachsen/ze. Sr. Churfürstl. Gn. geliebten Herrn Brüdern/meinen auch gnädigen Fürsten und Herrn/ und derselben allerseits künfftigen männlichen Leibes-Lebens Erben/und nach gänzlichem Abgangdes Churfürstl. Männlichen Stammes/welches doch Gott gnädig verhüten wolle/ denen jenigen / auf welche in denen Häusern/ Sachsen und Hessen/ vermöge Ihrer Fürstl. Gn. allerseits Erbverbrüderung/ sambtlicher Belehnung / und aufgerichteter Verträge / die succession dieser Lande kommen wird/ und auf alle Fälle dem Rath zu Leipzig/ getreu/ hold / gewärtig und gehorsam seyn/ Ihrer Chur- und Fürstl. Gn. Ehre / des Raths und gemeiner Stadt Leipzig Nutz und bestes fördern/ schaffen/thun und werben/und mich allen billigen Ordnungen des Raths/ so albereit aufgerichtet / oder noch aufgerichtet werden möchten / gehorsam erzeigen wil. Und ob ich Ihre Chur- und Fürstl. Gn. des Raths und gemeiner Stadt Leipzig Gefahr / Schaden und Nachtheil erführeden wil ich/nach meinem besten Vermögen/getreulichen warnen/melden und offenbahren/ und ein gehorsamer Bürger seyn/ auch Ihren Chur- und Fürstl. Gn. und E. E. Ehrenvesten Rathe schuldige Dienste und Pflicht willig leisten/ und sonst alles anders thun/was mir/als einem getreuen Unterthanen und Bürger / von GOTTES/ auch Gewohnheit und Rechts wegen/ zu thun und zu lassen gebühret. Als mir Gott helffe / durch JESUM CHRISUM / unsern Herrn,

Tabor. c. 3. *Armament.* §, 5. docet, quòd privilegiati, quamvis incolæ sint, in personalibus tamen statutis Civitatis non obligentur. Unde nec illi protinùs *Juramentum Civicum* subeunt: & imò si vel maximè Officiarii Aulici minoris ordinis, qui simul Civitatem recipiunt, ad hoc subeundum teneantur, tamen præ ceteris Civibus prærogativâ singulari gaudent, prout ex Tractatu,*

quo
 * Es bâte derselbe unterthänigst/dasern ein oder ander Hof-Bedienter ein bürgerliches Haus und dergleichen Güter an sich erkauffte/das solchen falls zwar die actiones personales bey dem Herzogen erhoben und ausgetragē werden müsten/Jedoch aber solche Käuffer der Bürgerlichen Häuser und Güter auch das gewöhnliche Bürger-Recht gewinnen/und dem Rath als von des Herzogen Durchl. verordneten Stadt-Obrigkeit/den gebührenden Respect erweisen/und in actionibus realibus vor demselben ihr forum immediatè agnosciren möchten/worunter denn sonderlich die Besichtigung und Erörterung in servitutibus prædiorum urb. & rust. exactiones onerum, wie nicht minder die Besichtigung der Feuerstädten/Haltung der Feuer-Ordnung und Reinlichkeit auf den Gasen/auch Beschliessung der Bier-Wein-und Brandervein-Häuser zu Abendzeit und unter dem Gottesdienst/auch Verhütung des Tumults/Frevels und Gewaltthaten in Häusern/enthalten und begriffen/also das dieses alles der Rath in denen bürgerlichen Häusern/wann sie gleich von denen befreyten Hof-Bedienten besessen/immediatè beobachten lassen/und falls in Tumult / Mord / Schlägerey und andern Frevel Sachen ein Angriff missthatiger Personen / in solchen Häusern erfordert würde/das solches der Rath verrichten lassen möchte/dergestalt/das die etwa hierunter betretene Hof-Bediente/so bald/oder da es nächstlicher Zeit halben hedencklich/folgendes Morgens/dero iederzeit verordneten Hof-Marschall und Cansley = Directori ausgeliefert/die andere Interessenten aber in des Raths Jurisdiction gelassen; Ingleichen / wann die befreyte Hof-Bediente in ihren bürgerlichen Häusern frembde Personen oder Hausgenossen / so nicht von der Fürstl. Hofstadt dependiren/aufnehmen solten/das solche aufgenommene Personen ebenfalls unter des Raths Jurisdiction gelassen werden möchten. Würde auch endlich ein befreyter Hof-Bedienter / so ein bürgerliches Haus und Güter besessen/und also Bürger gewesen/nach Gottes willen versterben/das so dann mit dessen Verlassenschaft nach
 des

quò nuper admodùm *Sereniff. Princeps & Dn. Dn. Joh. Ernestus, Dux Saxon.* cum *civitate sua S.* cui jus meri & mixti Imperii in perpetuum concessurus erat, distinctius apparere potest. Reliqui verò honoratiores, ut Nobiles, Doctores, Licentiat, eorumque viduæ, quàmvis jus Civicum non impetrent, tamen juribus civium & beneficiis eorundem quoad bona sua omninò fruuntur, oneribus tantùm exempti, à quibus eos conditio ipsorum sublevat. *Juxta Mevium V. Decis. 269.* Quid verò si quis alius à Civitate citius recedere, quàm jus civitatis impetrare velit? Discedere ei integrum est, nisi statuto aliud cautum sit. *vid. Schütz. 2. Jur. Publ. 1. 2. c. & quæ ad Huber. d. Jur. Civit. Magnific. Dominus Præses* differuit, modò præstet ea quæ pro dis-

cessu
denen gnädigst confirmirten Statuten procediret und verschritten werden.

RESOLUTIO PRINCIPIS.

Die Fürstliche Jurisdiction gehe/die hohe und niedrigerichte belangend/über dero Bediente/ihre Häuser und Güther/wie zu Weissenfels und Zeitz eingeführet/ingleichen über der Bedienten Gesind und Ausgehörige/und seyen solche allerseits von denen personal oneribus gänzlich exempt, worunter dann die Wachten und dergleichen zu verstehen. Wegen des Bürger-Rechts und Ablegung der Pflicht/hätten zwar die Fürstl. Hof-Bediente sich bey dem Racht anzumelden/doch gegen einen Handschlag seyen sie allerdings mit der Eydes-Leistung zu verschonen/und hätten vor das Bürger-Recht nur eine Discretion zu erlegen/hätten aber in realibus vor dem Racht allerdings das forum zu erkennen/doch daß dieselbige nicht durch den Stadtknecht/sondern allezeit durch einen Gemeind-Herrn erfort ert/oder schriftlich citiret würden. Die Besichtigungen der Brau-Höfe und Feuerstädte seyen vermittelst des Fouriers und in dessen Beyseyn zu halten/die andern actūs bleiben billich vor dem Racht/doch daß allezeit zuörderst die Fürstl. Herrschafft darumb begrüßet werde. So bald auf frischer That und wann periculum in morâ sey/habe der Racht den ersten Angriff/und so dann die Auslieferung zu thun. Sonst aber bleibe alles bey *Sereniff.* und dessen verordneten Cankley/biß auf die Haus-Genossen/welche doch aufn Fall mit vorbestimmt gnädigster Herrschafft in verhaft zu nehmen. *ic.*

cessu statuto vel moribus præstari oportet. v. Fr. Müller. *Pract. Civ. March. resol. 18. n. 21. seqq.* Si verò ad vendendum bona sua, vel aliâ necessitate compulso, diùtius commorandum ei sit, quamvis tunc ad Jus Civitatis assumendum cogi non possit, tamen *prælaudatus Mevius d. Part. V. Dec. 241.* juramentum, quò intereà Civitati adstrictus sit, eum recusare non posse, rectè tradit: cùm hoc ipsum etiam *advena, peregrini & exteri* in Civitate degentes præstare teneantur, præsertim ubi probabilis istud exigendi causa fuerit. v. eund. *ad Jus Lub. Tit. 2. art. 11. n. 3. seq.* Incola autem hæcenus multò magis ad instar civis, quoad forum atque onera patrimonialia, habetur. *vid. l. 1. ff. ad Municip. Tabor. Relat. Arg. 91. & Gædd. ad l. 190. d. V. S.* licet quoad munera personalia & honores non æquè civibus accenseri debeat. Nonnunquam *Cives* quidam cum Senatu seu Magistratu suo in lite versantur, ubi disquirendum est: an intereà, donec lis illa finiat, juramentum obsequii detrectare possint? Rectè istud negat *Besoldus in Th. Pract. voce Huldigung/p. 402.* ut tamen si ipsorum juri officere, saltim per consequens, videri possit, Senatus protestationem admittat. Sanè non minùs illi ad expensas Senatui in litem erogandas, atque *Cives* reliqui, tenentur, ut *ad Tit. quod cujusque univ. nom. in Comment. Pandect. MSC. Magnif. Dn. Præses ostendit.*

XVI.

Quinam obsequium suum religione firment, nec minùs qui juramenta subjectionis recipiant, exposui. *Objectum* seu materiam ex *Formulis* colliges: quarum summam habet *Mylerus c. 38. d. Princ. & Statib. Imp. §. 10.* quòd scil. Domino suo in omnibus & per omnia fideles & obedientes esse velint, commodum ejus pro nosse & posse quærere, & incommodum ejus pari studio avertere, vitam, corpus, honorem & utilitatem Domini sui curæ habere velint. *adde II. F. 5.* Quandoquidem omnium quoque subditorum domus Principis unius vigilantia defendat, omnium otium illius labor, omnium delicias illius cura, omnium vacationem illius industria sublevet *Senec. Consol. ad Polyb. c. 26.* Extensæ Formulæ exempla in *Electoratu Saxon. & in Ducatibus alterius lineæ* inferiùs exhibentur. * *conf. Wehner. d. 1. & Besold.*

D

Th.

* Erb-Huldigungs-Formul in dem Chur-Fürstenthum Sachsen/wie solche voriger Zeit eingerichtet gewesen.

Ihr

Th. Pr. ubi etiam Formulam *Bavaricam*, ad *Landsaffiatum* directam, ex *Actis Ortenburgicis* adducit, daß er dem Durchl. N. N. als regierenden / seinem rechten natürlichen Erbherrn und Landes-Fürsten unterthänig / gehorsam / treu / und gewärtig seyn / Sr. Gn. Frommen fördern / und Schaden wenden / auch in allen Sachen / was ein getreuer Landsaff und Unterthan seinem rechten Erbherrn und Landes-Fürsten zu thun schuldig ist / getreulich thun solle und wolle. *Potissima in his talibus esse observat Zieglerus. d. S. Landsaffii. Concl. r. n.*

42.

Ihr sollet geloben und schweren / daß Ihr dem Durchlauchtigsten Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn **Johann Georgen / II.** (tot. tit.) unserm gnädigsten Herrn / und Seiner Chur-Fürstl. Durchl. Männlichen Leibes = Lehens = Erben / und wann der ganze Chur-Fürstl. Stamm (welches Gott in Gnaden verhüten wolle /) abgehen sollte / als = denn Sr. Chur-Fürstl. Durchl. Herrn Brüdern / denen respective Hochwürdigsten / Durchlauchtigsten / Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn **Augusto**, postulirten Administrat. des Primat- und Erz-Stifts **Magdeburg** / Herrn **Christiano**, und Herrn **Moritzen** / allen Herzogen zu **Sachsen** / (tot. tit.) und derselben allerseits männlichen Leibes = Lehens = Erben / und nach gänzlichem Abgang / des Chur- und Fürstl. Männl. Stammes / Ihrer Chur = und Fürstl. Durchl. Herren Vettern / denen Herzogen zu **Sachsen** / **Altenburg** und **Weymarischen Theils** / und Ihrer Fürstl. Gnaden Männl. Leibes = Lehens = Erben / Inhalts der Röm. Käys. Majest. Wittbelehrung / und im Fall der ganze Männl. Stamm der Chur = und Fürsten zu **Sachsen** / todes abgangen und verstorben wären / welches Gott gnädiglich verhüten wolle / alsdann denen Landgrafen zu **Hessen** und Ihr. Fürstl. Gn. Männl. Leibes = Lehens = Erben / alles mit Unterscheid hergebrachter Gewohnheit / und vermöge Ihrer Chur = und Fürstl. Durchl. auch Fürstl. Gn. allerseits Erbtheilung / Erb-Verbrüderung / und obangeregter Käys. Belehnung / auch aufgerichteten Verträge / wollet getreu / hold / gewärtig und gehorsam seyn / auch nicht in dem Rath / vielweniger bey der That seyn / da wider Ihr. Chur = und Fürstl. Durchl. und Fürstl. Gn. gehandelt und berathschlaget würde / Ihrer Chur = und Fürstl. Durchl. auch Fürstl. Gn. und derselben Erben / Frommen / Ehr und Nutz befördern / Schaden warnen und wenden / nach eurem besten Vermögen /

41. unterthänig/gehorsam/hold und gewärtig zu seyn/item generalem Cl. was ein getreuer Landsasse und Unterthan seinem rechten Erbherrn und Landes-Fürsten zu thun schuldig ist. Est etiam ubi inseritur: Sr. Fürstl. Gn. dero Råthen und verordneten Ampt-Leuten / Geboten und Verboten von Sr. Gn. wegen gehorsam und gewärtig zu seyn: ut in Duc. Wurtenb. ap. Bes. d. voc. Alicubi formulæ subditis in actu homagiali propositæ, der Fürhaltung/ ut supra meminimus, inserta quoque reperitur *Principis de conservandis subditorum Juribus promis-*

D 2

fo:

Insonderheit da Ihr erführet / daß ichtwas Ihr. Chur- und Fürstl. Durchl. auch Fürstl. Gn. an Leib/ Ehre/ Würde und Stande zu gegen- und Nachtheil/ oder Ihren Chur- und Fürstenthümern / Herrschafften/Landen und Leuten zu Abbruch/von iemand wolte vorgenommen werden / solches Ihrer Chur- und Fürstl. Durchl. auch Fürstl. Gn. offenbahren/ und das durch euch oder die ewigen / treulichen verhüten/auch vor eure eigene Person wissentlich nichts vornehmen / das Ihre Chur- und Fürstl. Durchl. auch Fürstl. Gn. zu Schaden und Nachtheil kommen möchte/und Ihr. Chur- und Fürstl. Durchl. und Fürstl. Gn. schuldige Dienst / Pflicht und Gehorsam leisten / und sonst alles andere thun halten und lassen/was getreue Unterthanen gegen ihre Landes-Fürsten und Obrigkeit von Gottes/auch Rechts- und Gewohnheit wegen zu thun und zu lassen schuldig seyn/ganz treu und ohne Befehde.

E Y D/

Mit aufgehobenen Fingern abzulegen:

Alles was uns anitzo ausdrücklich vorgesagt / und wir wohl vernommen haben / das wollen wir stets und unverbrüchlich / auch treulich und ohne Befehde halten/So wahr uns Gott helffe/durch Jesum Christum seinen Sohn/unsern Herrn!

Formula der Erb-Zuldigung/wie solche in denen Sächsischen Herzogthümern der andern Linie üblich gewesen.

Ihr sollet geloben und schweren/das ihr dem Durchlauchtigsten Hochgebohrnen Fürsten und Herrn/Herrn N. Herzogen zu Sachsen/Zülich/Cleve und Bergk/Landgrafen in Thüringen/Marggrafen zu Meissen/Befürsteten Grafen in Hennebergk/Grafen zu der Marck und Ravensperg/Herrn zu Ravensstein/und Ihrer Fürstl. Gn. Männlichen

Lei-

fo: ceu in vet. *Wurtembergica apud Besold. d. l. ubi etiam Juramentum habet, quod civib. inclytæ Reipubl. Augustanae injungi solitum est.* Præstantur autem homagia juramento corporali, durch gelehrte Eyde / üt formula ipsa *Augustana* habet; nisi quod *Ordo Clericorum* præ ceteris bey dem Handgelöbnis / item illi quoque ex honoratioribus, qui jam Antecessori pro se & Successoribus jurarunt, fidem manu stipulatâ, mit Anweisung auf die vorgeleistete Eydes = Pflicht / re-

lin-
Leibes = Erben / und nach Absterben derselben / dem Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn N. Herzogen zu Sachsen / &c. und deren Fürstl. Gn. männlichen Leibes = Erben / und da Ihrer Fürstl. Gn. allerselts männlicher Stamm / welches der allgetreue Gott gnädig verhüten wolle / gänzlich absterben solte / alsdann denen jenigen / auf welche in denen Chur = und Fürstl. Häusern / Sachsen und Hessen / Vermöge Ihrer Chur = und Fürstl. Gn. allerselts Erbtheilung / Erb = Verbrüderung / sambtlicher Kaiserlicher Belehnungen und aufgerichteter Succession und Folge dieser Lande / kommen und fallen wird / als euren Erb = Herrn und Landes = Fürsten / unterthänig / getreu / hold / gewärtig / gefolgig und gehorsam seyn wollet / auch nicht in dem Rath / vielweniger bey der That seyn / da wider Ihr. Fürstl. Gn. gehandelt oder gerathschlaget wird / Auch Ihrer Fürstl. Gn. und derselben Erben / Frommen / Ehr und Nutz fördern / Schaden warnen und wenden / nach eurem besten Vermögen / Und insonderheit / da ihr erführet / daß ichtwas Ihrer Fürstl. Gn. an Leib / Ehre / Würde und Stande zu gesen / oder Nachtheil / oder ihren Fürstenthümern / Herrschafften / Landen und Leuten zu Abbruch von iemand wolte fürgenommen werden / solches Ihrer Fürstl. Gn. offenbahren / und das durch euch oder die eurigen treulich verhüten / auch für eure selbst Person wissentlich nichts fürnehmen / das Ihrer Fürstl. Gn. zu Schaden / Schmach und Nachtheil kommen möchte / und sonst alles anders thun / halten und lassen / was einem getreuen Unterthanen gegen seinen Landes = Fürsten von Gottes Rechts und Gewohnheit wegen zu thun oder zu lassen gebühret.

E Y D /

Alles / was mir icht mit ausgedruckten und vernehmlichen Worten fürgesagt worden / das wil ich stet / fest und unverbrüchlich / treulich und ohne Gefehrde halten / so wahr mir Gott helffe / durch Jesum Christum seinen Sohn / unsern Erlöser und Seeligmacher / Amen.

linquantur. Neque enim per se Homagium jusjurandum requirit, cum & olim promissione injuratâ constiterit. *vid. Carol. du Fresne in Glossar. voc. Homagium planum.* Sed in eò citius disponere Princeps, quàm circa ipsam formulam homagii, potest, quippe in quâ nil quicquàm *immutari* debet: adeò ut non modò subditi Homagii novam formulam recusare queant, verùm etiam si ad eam subeundam cogantur, istud iis non præjudicet; quin potiùs adversùs Dominum agere possint, quòd vi metuque id præstiterint, ac proinde petere, ut quatenùs excedit formulam solitam, vel retractari debeat, vel declarari, quòd videl. ipsi hoc juramento non teneantur, quòdque ipsi & posterì ipsorum illud præstare obstricti non sint. *Juxta Schrader. P. 10. d. Feud. sect. 5. n. 98. seq.*

XVII.

Quantum etiam fieri potest, homagia propriis *verbis* & perspicuis exprimi debent: Quòd si *ambigua* ab antiquo adferantur, observantia naturam actûs declarat. Menochius *cons. 748.* Utcumque verò difficile esse videatur, quando controversus est intellectus *der Huldigungs-Formul*, ut tunc subditi juramentum actu subeant, quia hoc sine animi recto sensu nullum ac inane est. Nihilominùs tamen, licet in possessorio & petitorio deinceps super illo disceptetur, ut abstractio fiat à materiali, neque necessarium nec omninò possibile est; sed potiùs ex observantiâ formulam enunciari oportet, saltem ut intereà sensus obtineat, cum primis in possessorio, quem quælibet pars juramenti verbis inesse credit. Omninò enim satius hoc est, quàm ut planè juramentum omittatur: v. g. quando subditi cujusd. Comitis alteri Principi ad homagium obstricti, hoc de *eventuali* intelligant, Princeps verò *presentem* eò fidem contineri asserat: Ita prohibente licet Comite, quò minùs juramentum præstent ejus subditi, non immeritò Princeps, ut potiùs illud præstetur, urgere potest; quicquid de sensu fuerit, de quo in petitorio rectius disceptabitur, & subditorum conscientie committitur, quemnam intellectum juramento subesse credant: quippe quem definire nequaquam penes Comitem situm esse potest. Talis est formula: *Ihr sollet geloben / und in eurer / so dann in eurer Gewalthaber und Wittbürger Seele schweren / daß Ihr und Sie alles dasjenige / so der Lehn-Brief / welchen der Durchl. Fürst ꝛc.*

Dem Hochgebohrnen N. N. uns. gn. Grafen und Herren gegeben/in sich begreiff/und euch angehet/leisten/demselben allem geloben und nachkommen/ Sr. Fürstl. Durchl. getreu/hold/gehorsam und gewärtig seyn/ und dero Schaden warnen und vorkommen/te. auch alles andere/was sich vermög Erbhuldigungs-Recht gebühret/thun wollet/getreulich und ohne Gefährde. Quamquam Alios hac in re dissentire noverimus, qui suspendendum esse volunt actum Homagiale, non citra præjudicium ejus cui debetur, & qui nihil in conceptione formulæ immutatum cupit. Quod si etiam jurantes rō gehorsam seyn exposituri sint aliter, quam de subjectione personali, audiendi non sunt, nisi evidentia ejus rei documenta adferant. Nam ita *Autor Deduction. Lindav.* si in Feudo nos versari constet, eam vocem non ultra extendi posse, & in homagio reali tantum rem afficere, docet. p. 840. seq. Plane in terris Saxonis, Vasallus licet, audiendus non est, si vocem gehorsam und unterthan in juramento obsequii de subjectione tantum reali seu vasallitica, intelligendam velit. Nam contrahentes in dubio dispositioni juris statuarii se conformasse censentur. Mantica d. T. & A. C. Tom. 1. lib. 3. Tit. 8. n. 4. seqq. cum primis si jurantes sciant jura Regionis, prout jura illa Saxonica publicis typis prostant, in Ordinationibus judiciorum & cæteris, quarum ignorantiam prætere non licet. Quid quod Reversales ejusmodi Vasallorum simul loquantur von der Landes-Fürstl. Obrigkeit: atque insuper consuetudo Saxonica plus quam notoria, & rationi ut & temporum successioni historicæ congrua sit. Quin nec alias si lis de modo & limitibus obsequii inter Dominum & clientem sive subditum sit, pendente eâ, Dominus, ut subdito dilationem juramenti indulgeat, cogi potest. Ritter. d. Homag. cap. V. n. 111. Meichsn. Tom. 2. dec. 9. n. 6. quippe quod Dominio possessio, quâ homagium exigere solitus est, sufficiat: ceu non modo in causa Ortenburgica contra Bâyer/ sed & in causa Sereniss. Dnn. Brunsvicensium Ducum adv. Urbem Brunswigam anno 1595. consideratum est, quando Ducibus Mandatum S. Cl. de præstando homagio solito decretum fuit; quamvis ei Brunsvicenses non paruerint. Cum enim in actu homagiali nonnulla adhuc controverterentur, sententia de anno 1606. 1. Sept. conditionata subsecuta fuerat: si Sereniss. Duces securitatem præstitissent, ratione privilegiorum, und einen Huldebrieff ausgehändiget haben würden.

Ulteriùs, licèt *exigi Homagium per Commissarios* possit, (quales ad Homagium à Confratrum subditis accipiendum, ut mittantur, neque necessarium neque consuetum est:) tamen sæpè Princeps inaugurationi huic solenni, maximè sub ingressum Regiminis sui, ipsemet interesse, atque omnium subditorum suorum oculis semet exhibere non dedignetur, verba faciente primariò ex Ministris; saltim quòd à *Primoribus subditorum* alias quoque ipsi Principes Homagium recipere soleant: Et superioris *Austriae* Statùs non nisi præfenti Archi-Duci suo homagium præstent. v. *Lundorp. Contin. P. 2. lib. 2. n. 4. seq.* Quin & subditos *Comitatùs Saynensis*, sub initium præfentis seculi, Administratori suo, Wilhelmo Comiti *Wittgensteinensi* Homagium nequidem nomine *Ernesti*, filii ex *Anna Elisabetha Comitissa Saynensi*, præstare voluisse, nobis relatum est, priusquam Ernestus ille infans adhuc in cunis subditorum obtutui adferretur. Sed præstari per *Procuratorem* Homagium invito Domino (*vid. Rüd. cent. II. obs. 30.*) non potest, verùm *personaliter* id fieri debet. *Reinking. lib. 1. cl. 5. d. R. S. & E. c. 4. n. 31.* Nisi quòd *Universitas* aliter quàm per procuratorem non possit, ut & *Civitates* pleraque *Imperii* per *Agentes* suos in *Aula Cesar.* speciali mandato instructos. Atque *toties* subeundum est homagium, quoties *mutata est persona Domini*, vel morte vel aliò quocunque modò, item quoties quis in *subditum* alicujus *adsciscitur.* An verò Homagium Domino in suo *Castro*, an in *curia Civitatis*, vel loco aliò subditorum, præstari debeat? controverti potest. Et quanquam *Autbor etiam Conf. 2. P. 3. apud Richterum n. 14.* innuat, es sey dem allgemeinen Reichs- und Land brauch gemäß/ und bezeuge es die tägliche observanz/ daß Keyser/ Könige/ Chur- und Fürsten/ auch andere Reichs- Stände/ die Landes- Huldigung in Städten/ entweder auf denen Rath- Häusern oder auf dem Marckt vorgehen und verrichten lassen. Tamen si quid aliud receptum sit, & uterque se fundet in eadem specie possidendi, tunc ille qui de antiquiori possessione docuerit, regulariter obtinebit. v. *dict. Consil. n. 23. Conf. Argent. vol. 1. conf. 11. n. 27. & Marpurg. 2. conf. 30. n. 87.* Utique inferioris ordinis cives in actu inaugurationis Principis sub dio, sed Statùs Provinciales, Magistratùs & honoratiores, item viciniore Principi, homagium in conclavi subeunt. Idque cum in uniyersum homagium
à sub-

à subditis eorumque coronâ recipitur. Nam aliàs etiam quilibet inferioris ordinis coram Magistratu suo immediato juramentum, cui homagii potiora inserta sunt, præstare solet.

XIX.

Principes autem vicissim subditis suis alicubi *litteras reversales* edere tenentur, *Gegenbekenntniß/ Land-reversalien*, quibus se declarant sub initium Regiminis, quòd suorum subditorum libertatem, jura & privilegia, sarta & tecta conservaturi sint: in specie ratione immunitatis collectarum, accisarum, gabellarum, Libertatis Religionis. Qualis erat in *Bohemia*, *der Majestät-Brieff. v. Fritzius Tract. d. liter. revers. c. 2. Sectendorff. P. 2. c. 4. des E. Fürsten-St. & in add. p. 96. confer Inst. Pac. art. X. §. 16. & art. XIII. §. 4.* Eisque non minùs Successores Principum eorum, qui potestate Superiorit. gaudent, obstringuntur, atque illas renovare debent. *Tabor, de Oblig. Succ. in offic. c. 5. §. 8. seqq.* An autem subditi à Dominis suis requisiti *instrumenta suorum privilegiorum primæva & originalia*, ante præstationem homagii & repromissionem Dominorum, edere teneantur? *ap. Klock. expenditur, vol. 1. conf. 19.* ubi affirmativa obtinuit, tam ob rationes ibi adductas, quàm quòd observantia Imperii notoria illud firmet. *n. 37. & per tot.* Adeò ut quamvis illi Comites, de quibus *d. consil. sermo est*, privilegia ante Homagii præstationem confirmârint, tamen meræ fuerit facultatis, ut exigere privilegiorum exhibitionem ante eam præstationem potuerint. *n. 38.* Neque verò subditi homagium eò differre possunt, quòd ex parte Domini *der gewöhnliche Huldiungß-Reversß und confirmation der Privilegien* non extradatur; donec in forma probante privilegia exhibita fuerint. Alii tamen urgeri posse opinantur à subditis confirmationem jurium suorum in forma communi, si in formâ specificâ à Principe ante præstationem Homagii impetrari non possit. *v. Klock. d. l. n. 49. seqq.* ad quam confirmationis speciem faciliùs Dominum procedere posse, *Jcti Jenenses ibid.* statuerunt: ut tamen & sic, monente *Klockio, d. l.* prægnantes clausulæ, ut *ex certâ scientiâ, motu proprio, animò deliberatò, & similes*, omittantur. Quanquàm verò Domini vicissim subditis suis fide esse debeant, nullâ licet expressè conceptâ promissione, cum actus ille correspectivus sit. *Bocer. d. Regalib. p. 484. n. 44.* Tamen juramentò illud promittere non tenentur, & nequidem ut expressè

re

spondeant, (*malè dissentiente Zahnio c. 28. d. J. Municip. n. 14.*) nisi ita observantia tulerit: Et tunc quidem, quando certæ sunt conditiones, sub quibus subditi se subjectos esse profitentur, prius Princeps jurare debet. *v. Reinking. d. R. S. & E. cl. 3. c. 4. n. 9. Brüning. d. Homag. n. 4. seqq.* Alias autem si promissio, circa conservationem Jurium & observantiæ, generalis sit, eamque juramento firmare receptum fuerit, potius est ut prius jurent subditi, quam Dominus. *Reinking. 1. cl. 5. c. 3. n. 8. Besold. d. Rep. mixt. c. 5. §. 2. nisi & tunc observantiã vel pactis aliter constitutum sit.*

XX.

Effectus Homagii, quoad Territorium attinet, ad Dominum referri potest, & ad ipsum subditum jurantem. Quanquam effectus se mutuo respiciant, ob relationem eam, quæ inter Dominum & subditum intercedit. Potissimum tamen ad Dominium pertinet, quod Homagium inducat quasi possessionem jurisdictionis omnimodæ & imperii. Menoch. conf. 748. n. 38. Brunnem. V. dec. 51. Deckherr. Rel. Cam. 15. n. 145. ceu omissio ejus magnum quoque momentum facit ratione quasi possessionis libertatis. Klock. 1. Conf. 53. seqq. Et subjectio ipsa ex homagio, licet tantum à posteriori, arguitur: Gail. d. Arrest. c. 7. n. 10. ut & Superioritas Territorialis in eã regione ratione aliorum. Knichen. c. 3. d. Super. Territ. n. 238. seqq. Est enim prima agnitio subjectionis. Gylmann. 1. Dec. 46. n. 13. Meichsner. Tom. 2. dec. 4. n. 122. Ad quam tamen subditus jam antè devinctus est, ubi certa est ejus & continuata subjectio. Neque enim ideò quis subditus est, quia jurat, sed quia subditus jam est, ideò jurat, quod supra innui, & Stamm. l. 3. d. Serv. Pers. c. 23. n. 4. monet. Hinc juranti etiam, priusquam juret, imperare potest Dominus in omnibus & per omnia: subditus verò ei ministeria, reverentiam & obsequia, etiam quando opus fuerit cum vitæ & bonorum periculo, debet, Myler. d. c. 38. n. 14. seqq. atque personæ nomine illi subjectus est, Ziegler. ad Prax. Calvol. p. 61. n. 39. in civilibus & ecclesiasticis. Besold. d. statu Reip. subalt. c. 2. §. 2. Ad paritionem & comparitionem omnia refert Zachar. Victor. conclus. 36. d. exempt. Et sub paritione quidem comprehendit, quod ipse subditus homagium præstet, legibus, statutis, monitis obtemperet, onera imposita exequatur, mulctam det, poenas luat, appellationes admittat, & in negotio religionis quoque Domini mandata respiciat. Compari-

E

tionem



tionem verò redigit, ad *venire, stare, redire*: ut subditum se gerat, in Comitibus Provincialibus comparendò, tribunali itidem; nec non ad bellum, excubias arcis, sequelam, dilectum veniendo, solvendo contributiones, & collectas. Qualia quidem in remissiori specie homagii non obtinent, ceu quidem aliqua tantùm simplicem jurisdictionem parit: (ita in C. Bamberg. contra Oettingen. ap. Klock. 1. *Consil.* 37. n. 92.) & alia duntaxat certum reddit Dominum de oneribus, ratione bonorum præstandis: De quâ specie vix dubitare licet, quin eâ obstrictus possit Dominum suum plenum, sive personalem, juvare adversus Dominum, v. c. censûs; utcunque aliàs suò modò etiam ille subditus dicatur, qui censum solvit. *Idem Klock. in Relat. Cam.* 127. n. 44. ubi tamen *Referens*, quando subditus quis appellatur, id de subdito propriè dicto potius, quàm de censuali vel simili, intelligendum esse monet. Sed *Pauermeisterus lib. II. d. Jurisd. Rom. Imp. c. 11. n. 118. seqq.* cum, qui sub aliquo bona habet, & jurat, se in personilibus Domino subjecisse non videri, imò tantùm in realibus, tradit: quod quidem procedit in illis locis, ubi *Landsassiatum* non invaluit.

XXI.

Nec tamen Dominus subdito quælibet imperare potest. Neque enim, ut *Kœppen ait in Decis. 14. n. 10. seq.* illud juramentum *voluntatem & facultatem jurantibus cum suo maximo præjudicio & damno auferit, nec homagiis hæc talia inducenda censeantur. Interim quando citrà sui præjudicium Domini commoda augere possit subditus, etiam in his quæ aliàs libera facultatis forent, v. c. ad Molendinum ejus ire, illud eum facere debere, cum emulatio adversus Dominum admitti non debeat. Et tamen si præjudicium inde oriturum aliquando sit, ne quidem ad hæc talia subditus cogetur. Eò pertinet, quòd preces Principum in suo genere mandata esse dicantur: *Brunnem. V. Dec. 99.* adeòque morem gerere illis debeamus in his etiam, quæ strictò jure nobis imperari non possent; modò citrà damnum notabile & præjudicium nostrum, saltim perpetuum, istud fieri queat: nam eò referenda est appellatio *der lieben getreuen: v. Wehner. obs. Pract. p. 337. b.* quamvis ea formula, ut & *Domini hereditarii, & subjectissimi*, ad inferendam subjectionem veram nil inferat. *Victor d. Tract. concl. 37.* ubi idem de allocatione, *Unserm gnädigen Herrn / unsern Lands-Herrn &c.* Coeterùm quæ manifestò iniqua & illicita sunt, in iis parendi necessitatem homagia*

magia non injungunt, nec enim super Deum & Naturam evehi debet Princeps: estque contrarium præceptum in his majoris potestatis: (ut malè Hobbesius *de cive* c. 12. §. 2.) In *dubiis* verò & *probabilibus*, ut sunt sæpè conclusiones etiam morales, subditi simpliciter tales, & ut singuli, judicium suum suspendere debent. Et facillè subditi conscientiam dubiam in probabilem mutare possunt: ut proinde non obstat, quòd peccet etiam is, qui ex Conscientia dubia agit. Quare strictior est, quàm debuit *Hornius*, quando inter præcepta merè civilia & moralia distinguit. Nam de *merè civilibus* nullum est dubium, quin subditos iis obtemperare conveniat: Atque rectiùs *Puffendorffius* lib. 8. d. J. N. & G. c. 1. §. 6. quando meliùs facturos ait subditos, si obediverint, cum jussa Superiorum semper comitetur præsumptio justitiæ, & sæpè ex ejusmodi ratione procedant, quam privatis dijudicare fas non est. Proinde etiam contra jura subditos obtemperare debere tradit *Maulius Tit. 3. d. Homag. si dubia sint.* Et iniquo Magistratui non minùs parendum est, *1. Pet. 2. v. 18.* (saltem non contra jus divinum,) idque non modò ex necessitate præcepti, verùm etiam propter conscientiam: *Rom. 13. v. 5. Ziegler. lib. 1. de Jur. Maj. c. 33. §. 31.* ubi tamen in his resistere posse subditos Principi tradit, ratione quorum ille vires absolutas non habet. Neque tantùm ipsi subditi Domino subjecti sunt, sed & *liberi subditorum*, unde quatenus parendum sit Nobilibus & Magistratibus, subditorum liberos in famulitium requirentibus: *v. Carpz. 2. dec. 105.* Sed facultatem seu *Jus emigrandi* non excludit homagium, modò ea quæ pro emigratione debentur, emigraturus exsolvat. Denique ratione Principis inter *medietatem* & *immedietatem* subditorum discrimen nullum est; sed an *evocari* etiam ab eo subditus possit, irrequisito Magistratu intermediiò? *vid. Maul. d. Homag. Tit. 14.*

XXII.

Ad *Subditum* verò magis pertinet, quòd Dominum & personam suam & bonis juvare debeat, etiam contra Patrem suum & consanguineos: *Kohl. P. 3. d. Servit. Feudal. n. 3. seqq.* licèt non contra seipsum, nec adversus Imperatorem; *Rosenthal. c. 8. concl. 15. n. 4. Vultej. 2. d. Feud. c. 10. n. 2.* nisi iniquè oppugnetur ab eo Dominus. *Kohl. d. l. n. 35.* Tenetur etiam subditus Dominum *alere*, si in necessitate positus sit, nisi ipse subditus egeat. *Maul. tit. 7. d. Homag. Liberare* verò

cum non obstringitur, si ob delictum captus sit, item si ob æs alienum, nisi quatenus ipse subditus ad hoc, ut illud solvat, cogi potest. Si verò injustè captus fuerit, eundem liberare, etiam cum periculo vitæ, personali operâ, & multò magis pecuniâ, tenetur, si propriis viribus liberare se Dominus non possit. *Idem Maul. tit. 8. d. Homag.* Imò licet injustè bellum movisset, tamen eum detineri ad lubitum victoris indignum videtur. *Idem d. l. n. ult. cum Kohl. P. 4. n. 38.* Sed subditus si in bello Domini captus sit, se ipsum liberare debet. *Idem Maul. T. 8. n. 37.* Cæterum subditus Domino etiam extra ditionē ejus auxilium ferre tenetur. *Balthas. d. Op. subdit. c. 14. f. 150, Myler. d. Statibus Imp. c. 76. n. 2.* Sed hoc tamen Domini sumptibus, nisi quòd vestes & equum sibi ipse parare debeat. *Balthas. c. 3. f. 55. seqq. Ros. c. 8. concl. 22.* Pecuniam etiam pro operâ invito Domino obtrudere nequit; *Klock. c. 2. d. contrib. n. 64.* nisi operam præstare non possit, *Maul. Tit. V. n. 39.* Ita nec Dominus pro opera pecuniam exigere potest, nisi subditus sit inutilis. *n. 40.* Quòd verò consiliò assistere debeat Domino subditus, satis constat, nec tamen tenetur Domino, si malè cesserit: *d. tit. V. n. 28.* Quid verò quòd subditi, si testes esse debeant adv. Dominum, à juramento subjectionis, quoad illum actum, relaxandi sint? *Klock. Relat. Cam. 50. n. 16. seqq.* Quamvis ad hoc ut conscientiam suam lauciet, subditus nequidem juramentò subjectionis teneatur. Tamen ne eò interpretetur juramentum subditus: *seines Lands Herrn nutzen zusehordern.* Quasi testimonio suo emolumentis Domini adversari non debeat: & imò ut ad dicendum testimonium, qualec. sit, accedat, cum quidem vi juramenti non debeat esse in consilio vel opere, quò Domini commodis officiat: hinc relaxatione, ne tergiversetur subditus, omninò opus est: ut cum in obligatione juramenti dispensare subditus non possit, nec tunc, si quando adversarius contra Dominum in testem subditum ejus produxerit, dispensare Dominus voluerit, dispenset sanè Domini superior, eò quòd ubique veritatis & justitiæ potior haberi debeat ratio.

XXIII.

De Operis quoque subditorum dici poterat; sed ea tractatio diffusior est. Saltim de oneribus & præstationibus illud moneamus, quòd si Dominus ut operas, ita collectas etiam, nimias aut in-

indebitas subditis imponat, hi ad Superiorem confugere possint. *v. de Remediis Carpzov. l. 1. Tit. 6. Resp. 53. n. 3. & 9. Myns. 5. O. 8. Balthaf. de oper. subd. c. 18. p. 459. seq. Gail. 1. O. 17. Klock. d. contrib. c. 2. n. 55. seqq.* Videlicet Mandata etiam sine cl. si eò qualificari queant narrata, obtinere possunt: ut in damno irreparabili, si alimenta subtrahat Dominus, si periculum valetudinis vel fortunarum sit, si ad cautionem se offerant subditi, sed in carcere detineantur. Interim his etiam casibus umb Bericht ad Magistratum scribi solet, *art. 3. & 18. Capitul. Leopold.* nisi etiam causæ planè notoriæ fuerint. *R. A. d. ann. 1594.* Et hæ literæ informatoriæ non modò in subditis simpliciter & propriè dictis, verum etiam in vassallis, incolis, forensibus, aut aliter juramentò quodam obsequii adstrictis, frequentantur. *arg. art. 3. Cap. Leopold.* ibi: andere Pflichte. uti præjudiciis quàm plurimis, etiam in Vassallis, observare licet. *Conf. art. 8. d. Capit.* ibi: und sonst (privilegiò, pactò, consuetudine,) herbrachte Steuern. Neque etiam interest, an unus agat subditus, an Universitas seu Status Provinciales. Imò non protinùs Camera decernit Mandata, licet supplicantes observantiam libertatis & pacta allegent. Quàmquàm privilegia solum ea non debere attendi (scil. in effectu) *d. art. 3.* disponatur, quæ legitimè impetrata non sunt. Coeterum si ex informatione constet, quòd subditis alio quodam modò succurrendum sit, tunc quidem Camera Imperialis, eò casu, quò Dominus Jus Austregarum respectu subditorum non haberet, ut Comes, Nobilis, Senatus Civ. Imperial. Mandatum cum Cl. decernit; aliàs etiam Processus denegantur, ne Austregis fiat præjudicium. Quòd verò Forensibus etiam collectas imponi dixerim, illud variè procedit, ut si imponendi causa defensionem & commodum rerum, quas ibi habet Forensis, respiciat: si usurarius sit Forensis, quoad pecuniam, quam in territorio collectantis habet: Si Superior ad hoc privilegiò vel observantiã instructus sit: nam hanc etiam in oneribus merè personalibus servandam esse statuunt: (de quo Klock. *c. 3. de Contrib. n. 42.*) Denique si Forensis in loco domicilii pro bonis illis alibi sitis nil solvat. *Myns. V. Obs. 22.* An autem officialis, (ut Rector provincie) ad onera extraordinaria, quæ personæ pro rebus imponuntur, teneatur? *v. Brunnem. ad l. 4. Cod. de Exactionib. Trib.* Illa tamen collecta

quæ ob privatam utilitatem, velut Civitatis, imponitur, regulariter ad Forenses non pertinet. Gylm. P. 1. Symph. tit. 2. Not. 2. n. 98. nisi quòd eadem graventur per consequens, quando nimirum res, quibus accisæ illæ impositæ sunt, carius emere & ipsi coguntur. Planè quod collectas Imperiales attinet, non imponuntur illæ subditis nequidem propriis, ex Superioritate Territoriali, sed in modum conventionis. Referens ap. Deckherr. relat. Cam. X. n. 104. seqq. Et tamen quin ipsa exactio vi Superioritatis fiat, nullum dubium est.

XXIV.

An autem *subditi Statuum Imperii* & quatenus *Imperatori* etiam *subjecti* sint? disquirendum est. Quòd enim olim Imperatores in cives quoque Mediatos Jurisdictionem exercuerint sine discrimine, satis constat; adeò ut adhuc Caroli IV. & Frider. III. ævò non nisi ex Privilegio *de non evocando* in Electorum & quorundam aliorum subditis, Jurisdictio illa cessaret: ac proinde appareat, quâ ratione Conradus III. Imperator certorum Circulorum subditis, *Rotwilense* illud *Judicium* præstitueret potuerit, quod ordinarij assumpsit indolem, postquam ab eod. ad Imperiale *Judicium Spirense* appellari potest. Unde hodiernum quoad *testimonium perhibendum*, in supremis Imperii *Judiciis*, Cæsar citrà subsidium vel requisitionem Statuum, ex territoriis eorum, subditos immediatè *evocat*: id quod residuo cuidam effectui pristinae Jurisdictionis cumulativæ imputari solet. Alias etiam nunc quidem Cæsar cum Statibus non concurrit, quippe quibus Jurisdictionem omnimodam subordinatè concessit, ut adveniente licet Cæsare in territorium Statûs, non tamen hujus quiescat Jurisdictio. Ziegler *ad Prax. Calvol. §. Landsassii concl. 1. n. 1. seqq.* Interim in quolibet Homagio, aut subjectione Statibus debitâ, excepta semper intelligitur Imperii & Imperatoris autoritas. Reinking. *d. R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 11. per N. N. 1555. §. und sollen.* Sunt etiam Mediatî, compellatione & re ipsâ, Cæsaris & Imperii fideles dilecti. *N. N. 1564. §. 23. Schütz 1. Diss. 6. §. 17. lit. A.* An autem exhinc *prevalere* censeatur *fides*, quâ Imperio quis obstringitur, tanquam independens? Qu? Equidem Dux Bavaricæ ap. Gylmann. *1. Dec. 46.* jus suum quod in Comites Ortenburgicos habeat, Imperii jurib. præferendum esse censet, quasi per Homagium persona principaliter & non in consequentiam tantum
bo-

honorum, ipsi obligata sit. Absolutam enim sibi obedientiam debere, & universalem jurisdictionem in personalibus actionibus, atque Jus vitæ & necis sibi soli competere, Imperio nihil; nisi nuda servitia vasalli & commoda propter bona. Sed *Referens apud Gylmann. d. l. n. 147.* ait: *Hoc esse non potest. Quomodo enim Comes Imperii & Status esse aut dici potest, si non est particeps privilegiorum Comitibus Imperii ut Statibus quoad dignitatem persona datorum?* Et sanè licet Imperatori non subiectus sit, ne quidem ille qui nullatenus immediatus est, quoad ea quæ Domino suo immediate & soli debet, hætenus quæ Territorii fines & commodum attenduntur: Nam ita verum est, quod *Limneus Lib. IV. Jur. Publ. c. 8. n. 9.* tradit, subditos magis Domino suo Territorii quam Cæsari teneri. *Conf. Lundorp. vol. 1. Act. Publ. lib. 6. cap. 125.* Id quod etiam *Reinking. d. cl. 5. c. 1. n. 65.* Juramento Homagiali imputat, universali scilicet vinculo totius subiectionis: Et imò ipse Comes Ortenburgicus, similisve alius, quoad ea, quæ Domino Territorii debet, nil quicquam debeat Cæsari: Cum nulla hætenus locum habeat cumulatio, nec Status administrationem quandam, sed Patrimonium, idque perpetuum, Territorii teneant. Nihilominus tamen quia Status singuli Imperatorem & Imperium ipsi quoad Superioritatem, ejusve exercendæ modum, respiciunt: Hinc recursum ad Cæsarem & Imperium habent in his etiam subditi, quæ ad rationem exercendæ Superioritatis pertinent: ut ut præsumptio ubique sit pro Magistratu, nec propterea subditi obsequium suspendere possint, quod legibus Imperii conformiter Princeps imperare non videatur. Neque verò tam inhibere solet Cæsar subditis, ne pareant, (quod citra dubium seditioni fomentum præberet,) quam potius Dominis, ne acerbius imperent. Quinimò hætenus etiam subditi Imperium Cæsaris superius agnoscunt, quando Domini adv. ipsos ut refractarios autoritate istius utuntur. *v. Schütz. vol. 1. Coll. Publ. Diss. 6. tb. 25. lit. A. b. c. Knichen. c. 2. d. sublim. Terr. jur. n. 12. seqq. & c. 3. n. 9. 113. seqq. & c. 5. n. 90. seqq.* Quanquam etiam Statibus per leges Imperii Manutentio per auctoritatem propriam & vicinorum permessa sit. *Es soll Churfürsten und Ständen zugelassen und erlaubt seyn / bey Ihren Fürstlichen Juribus,* (qualia etiam Civitates habent; licet nomine Principalium non designentur) *sich zuhandhaben. art. 3. Capit. Leopold.* Quod quidem manute-

nutentia Privilegium ad *Nobiles immediatos* temerè extendere non licet. Quin & in eo homagium subditorum à Cæsare & Imperio pendere videtur, quòd Imperator certis casibus abinde *relaxandi* potestatem habeat, etiam quà Territorii Potestatem respicit: Indeque licet subditus propius Domino suo, & ad omnia immediatè, teneatur, quæ subditi munera sunt, objecti amplitudine, in quâ quidem Cæsar hodiè non concurrat, item propiori adstrictione: Tamen Cæsari quoque obligetur ipse subditus, etiam quoad subjectionem illam Territorii particularem, quatenus Statui seu Domino ejus Imperium absolutum non competit: nec non quoad hæc quæ Cæsari reservata sunt: imò in his soli Cæsari subditus tenetur; nisi quòd aliquando Status per observantiam immemoriam ea, saltem in suo territorio, usurpare possit, (v. c. Legitimationem, vel potius Dispensationem quampiam,) quæ quidem quoad validitatem effectus ratione totius Imperii de Reservatis Cæsaris habentur. Quoad universale verò regimen Imperii, quando immediatè publica Imperii salus & tranquillitas respicitur, eamque Dominus interturbare velit, in causa rebellionis notoriæ, plus Cæsarem, vi exceptionis, homagio territoriali insertæ, respicere, quàm Dominum suum, debet subditus. *R. N. 1570. §. und aus sonderen nothwendigen.* Et hætenus verum est, subditum Cæsari fortius etiam quàm Domino suo ligari. *Breviter*, Imperatori quà Dominum Territorii in Superioritate Territoriali turbare voluerit, subditus planè non tenetur; sed ut tali, & in Officio Imperatorio constituto, fortius tenetur, & rectius ei quàm Domino suo obtemperat. Unde nec Dominum suum, quando hic Cæsarem, quà talem, offensurus eique restiturus est, sequi obstringitur. *Kohl. d. Servit. Feud. P. 3. n. 33. Modest. Pistor. 2. consil. 12. n. 16. Thoming. 1. consil. 21. Arum. Tom. I. Disc. 26. Jur. Publ. Concl. 34. & 39. cum aliis.*

X X V.

Contraria Homagii illud vel impediunt vel dissolvunt. *Impedit* venientia eorum, qui ad juramentum requiruntur, ut quando exigenti se subditos non esse prætendunt: quâ ratione sæpè *pignorationibus* adiguntur: quibus quomodo obviam procedi, & subditis alterius contra aggressorem succurri possit. *vid. Klock. vol. 4. cons. 104. item Blum. in Supplicat. Cam. Tit. VIII. Suppl. 51. ubi contra eum, qui vi & metu juramenta ejusmodi à subditis alterius extorsit, Dominum*

verum mandata sine Cl. in Camera impetrare posse docet: nempe de relaxando subditos à Juramento vi & metu extorto, nec abstrahendo eos à debitâ obedientiâ, item de non ulterius molestando nec gravando. conf. Deckherr. in Rel. Cam. X. Neque enim ratione veri Domini ejusmodi juramentum vi extortum præjudicium parit, quia subditi non possident, sed possidentur, indeque possessionem vel quasi in alium per hanc recognitionem transferre nequeunt: Gail. 2. Obs. 54. n. 8. Masc. concl. 1397. d. Probat. n. 23. multò minùs quoad petitorium eidem præjudicatur: Klock. d. contribut. c. 20. n. 344. quippe quòd metu subactus non fiat subditus alterius. Ziegler. ad Pr. Calvol. p. 91. n. 30. seqq. Imò ne quidem si per rebellionem subditi spontè sua jurent novo Domino, eique se submittant, præjudicium inde exsurgit, nisi Dominus pristinus id patiatur; Klock. d. l. n. 333. seqq. Knichen. c. 3. d. Jur. Territ. n. 17. præterquàm si per bellum justum quis sibi cives alterius subjecisset: vid. DD. ad H. Grot. lib. III. c. 8. §. 1. secus confirmatione licèt Imperatoriâ accedente, tamen pristinus Dominus per hoc jure suo non excideret. Klock. d. l. n. 341. Tunc vero etiam justo Domino veniti possunt subditi, ac Homagium detrectare, quando novum ille & insolitum juramentum exigit, quin & si per metum carceris vel aliter extortum fuerit, ad subditorum querelam id cassari potest. Gylmann. 2. dec. 3. n. 17. seqq. & n. 30. seq. ubi removet dubium, quò subditos Dominis ad paritionem omnimodam obstructos esse oggeretur, dum volebat ibidem Comes den Jahrspruch/ seu speciem eines Bürger-Eyds/ in homagium mutare. Aliquando etiam subditi homagium subire antè non tenentur, quàm controversiæ inter ipsos & Antecessorem Magistratûs sive Domini sui exortæ placidè compositæ fuerint. Brüning. d. Homag. th. 331. seqq. Quòd si tamen sine justâ causâ homagium præstare recusent, deficientibus aliis remediis, vel officium Superioris implorabit Dominus, vel conditione ex moribus seu ex l. 9. §. 1. si colon. C. d. agricol. & cens. subditi convenientur. Item si in possessione sit Dominus, remedia possessoria ei dantur. Rosenthal. c. 12. d. Feud. Concl. 12. n. 51. & Mandata pœnalia. Gylm. præjud. Cam. verb. subditus. Sed & si tantum valeat Dominus, Arrestis ille personarum & bonorum utitur, ut & sequestratione fructuum. Gail. d. Arrest. cap. 10. Non aliter ac in Civitatibus ille, qui jus Civitatis præstitò juramentò assumere recusat, pignori-

ribus captis coërceri solet. *Mev. 4. dec. 196.* Quod verò promiscuè traditur, poenam homagium sine justâ causâ detrectantis esse bonorum amissionem. *ap. Ludolph. Schrader. consil. 23. n. 175. Ziegl. ad Prax. Calvol. §. Nobiles. conclus. 1. n. 5. Myler. c. 38. d. Princ. & Statibus Imp. n. 15. ibique Klock. 1. consil. 20. idque ipso jure. Rosenth. c. 12. d. Feud. concl. 12. n. 2. per l. f. C. ad L. Jul. Maj. ut tamen sententiâ declaratoriâ opus sit. Gail. 2. d. Pac. Publ. c. 3. n. 10.* Illud quidem non recipit *Reygerus in Thes. Pract. voc. Homagium.* Quin potius subditum bona sua teneri vendere tradit, & aliò migrare. Et sanè rigida est illa sententia, quam & leges ignorant: (*v. Carpz. 4. Const. 43. Def. 8.*) neque aliter illa procedit, nisi renitentia in crimen rebellionis & Seditio- nis incidat, quâ Dominum penitus excutere, idque sine ulla justâ saltim probabili causâ, eumque oppugnare suscipiunt: adeò ut in unum alterumve, modò illi non etiam capita rebellionis constituent, competere vix possit. Multò minùs, si *de modo* agitur, & *ad viam juris* confugiunt subditi, ad privationem bonorum procedi potest: facti verò renitentia arbitrariè coërcetur: *juxta Carpzov. d. 1.* Solent autem requisiti sæpiùs ad *Cameram Spirensem* confugere: idque appellando à præcepto homagiali, prout *die Schencken von Schweinsberg. d. 17. Mart. 1607.* citationem & inhibitionem in *Judicio Camerali* contra *die Chur- und Fürstl. Sächsische Regierung zu Meinungen* petierant, quia *Regimen Meinungense* ab illis *die Erbhuldigung und Lehns-Pflicht* exegerat, ipsi autem *Nobiles* tanquam membra *immediatæ Nobilit. Franconicæ*, homagium, *die Erbhuldigung* / subire noluerant: & citationem *d. 23. Mart. eod. Anno* obtinuerunt: eò quòd *Referenti* videretur appellatio à *Principibus Hennebergicis* ad *Cameram* locum habere, & *Regimen* ut *Judex gravasse.* Ad *Aulam quoque Casaream* subditos recurrere videmus, quod & *Sereniss. Duces Brunswicenses* ratione *Urbis suæ Brunswigæ* verebantur. Hinc ad *Cæsarem d. 23. Maji. 1671.* inter alia scribebant: *Nach dem wir jedoch auch dieses nicht unzeitig besorgen müssen/es werde die Stadt/ihrer Gewohnheit nach/an E. Kaysertl. Maj. recurriren.* An autem *ad Comitiam* etiam procedere licet? Utique, si in causa homagiali *Cæsareum Aulicum* *Judicium* vel *Camera* articulum legis vel constitutionis *Publicæ* dubium in præjudicium partis determinet. *R. N. 1600. §. Es haben uns auch.* aut in jure per
Im-

imperium obtento civitas v. g. gravari velit. *arg. N. U. 1430. §. Wies*
wohl auch der Abschied / & §. Wo auch einiger Churfürst. Nec non
 si quando motus ob ejusmodi causam metui & Status alii negotio in-
 volvi possint. An autem ob hoc detrectare queant Homagium sub-
 diti, quod illud adv. Dominum præscripserint? *Qv. Si nunquam præ-*
stiterint illud subditi, adhuc exigi posse, verius est; Cravett. conf.
502. Knichen. c. 3. n. 180. diff. licet Bruning. d. jur. univers. tb. 33. nisi
constaret, quod requisiti illud præstare recusassent, & inde tempus
immemoriale effluerit, Socin. jun. 2. conf. 257. n. 2. Cephal. consil.
176. n. 21. seqq. Menoch. consil. 748. n. 28. seqq. Nam Jus Majestatis
 propriè non est, ut scil. absque eò Majestas consistere non possit, ceu
 Majestas individua habetur: Sed potius consuetudine invaluit, inde-
 que penes Dominum quidem est, an exigere illud velit, sicque merae
 est facultatis: ast quando recusaverint subditi, & Dominus acquie-
 verit, inde adv. Dominum præscriptio currit. *Rosenthal. c. 5. con-*
clus. 84. n. 3. l. c. Quin & pacto vel privilegio immunes à præstatio-
 ne ejus esse possunt. Ita *Argentoratenses*, cum à tempore immemo-
 riali, & nunquam adeò homagium Cæsari præstiterint, in vim pri-
 vilegii illam consuetudinem obverterunt, anno 1660. ut ad præ-
 standum illud non adigerentur. *v. Tom. IX. Theatr. Europ. p. 10. seqq.*
 * Quod si verò præstiterint subditi homagium, & deinceps cum ex-
 isterent casus, illud exactum non fuerit, licet ab immemoriali tem-
 pore, ita nihilominus illud præstare tenebuntur: *aliter ac Klock.*
I. conf. 17. n. 60.

XXVI.

Solvitur deinde Homagium, quando subditi abinde *relaxantur*.
 Id quod fit aliquando *ab ipsis Principibus & Dominis*, rat. unius alte-
 riusve actus, ut quando illos pro se in testes adducunt: aliquando
 à *Superiore*, quando subditi contra Dominum suum advocantur in
 testes, ut tunc quoad illum actum à Juramenti nexu solvantur:
 id quod sæpè fieri solet per Commissarios ab Aulâ vel Camerâ ad
 examinandum testes deputatos ad instantiam Partis litigantis. ** *In*

F 2

to-

* & quomodo *Argentoratum* contestetur seine *Beständigkeit / zu des*
Reichs Wohlfart / ap. Lundorp. contin. 8. p. 504. & 532.

** *Quam relaxationem licet supervacuum esse censeat Coll. Jurid. Arg.*
d. Testibus tb. 10. n. 16. & Umm. Diss. 16. d. Process. n. 12. mo-
ribus

totum verò relaxantur, quando Domini in bannum declarantur. *Limn. ad Cap. Car. V. art. 22.* vel etiam quando homagium iniquè extortum est; quanquam h. casu potius nullum esse declaretur. *v. Setler. L. 2. d. Juram. c. 6. n. 1.* Equidem Pontifices Rom. sibi facultatem sumunt, saltem ob indirectam, quâ valere se putant, in omnes Reges & Principes potestatem, ad finem scil. destinatum, s. Spirituale bonum Ecclesiæ, solvendi subditos ab obligatione Homagii: At verò quamvis *Potestatis ecclesiasticae* sit, jurantem *absolvere* à juramentò, quò peccato se involvit, dum in vanum sumsit nomen divinum, super re quadam quam servare non potest. Tamen relaxatio à juramento, ejusque vinculo, terrenæ potestatis est: *Myns. 3. Obs. 99. Carpz. 3. dec. 9. Conf. H. Grot. 2. d. J. B. & P. c. 13. §. 20. junct. O. Cam. P. 2. Tit. 24.* quâ ne quidem indirecta valet Pontifex, etiam quâ Pontificis partibus addictas Potestates attinet. *conf. H. Grot. 2. 22. 14. Vasqu. 1. contrav. ill. c. 21. 24.* Illud utique mirandum est, quid *Besoldo c. 2. d. J. & Ord. Civ. §. 14.* in mentem venerit, quando *crudele esse ait, quòd in Palatinatu ob metum hostium majorem, cum resistere non potuissent subditi, Dominus eos à juramento non solverit, & hoc pessundedisse regionem florentissimam.* Nonnunquam etiam Principes subditos ab homagio sibi præstito penitus relaxant, ut quando Principatum resignant: ita *Carolus V. cum ann. 1555. Belgium Philippo filio resignaret, jussisse legitur subditos, ut Filio suo jurarent, remisso, quo sibi obligati erant, obsequii jurejurandò. Thuan. lib. XVI. in fin.* Quæ quidem remissio tacitè tunc facta censetur, quando de abdicatione constat.

XXVII.

Et nunc quidem, quâ ratione *Cæsari* obsequium firmetur: quænam *Statuum & Immediatorum* sit subjectio: an etiam & quatenus *Imperii Status*, vel *Immediatus*, alteri *Statui* subesse possit: & quousque *Landsassatus* pertingat? disquirere poteramus, nisi angustia instituti id prohiberet. Saltem quòd *obsequium Vasallorum*, videlicet eorum etiam, qui non *Landsassii* sunt, (cum quidem de eo sec. *Jus Saxonicum* plenius agere nunc non constituerim,) ulterius se videatur porrigere, quam vulgò traditur, per aliquot momenta ostentibus tamen inducta, & quòd utilis videretur retenta est, quin imò necessariam esse ex superioribus constat.

stendendum sit: quanquam nihilominus. **VASALLAGIUM** per se regulariter Superioritatem Territorialem non fundet, nec etiam Dominus Feudi in personam vasalli quid juris habeat. Unde quamvis Schraderus *P. X. d. feud. Sect. 19. n. 83. seqq. n. 97. seqq. n. 137. seq. n. 160. seq.* Dominum Feudi posse tutorem Vasallo constituere, tam extraneum quam vasallum, & eidem administrationem imponere, doceat, quin imò super excusationibus ejus cognoscere. Tamen rectè in contrarium abit Rosenthal. *c. XII. d. Feud. q. 40. n. 52. seq.* licèt fluctuet, & tandem *n. 59.* curatorem circa Feudum admittat. Nempe Superioritatem quidem ratione rei Dominus in Vasallum habet, sed non in personam vasalli, quare nec *judex ejus ordinarius* est: Mindan. *1. de Process. c. 32. n. 4.* Rosenthal. *c. XI. concl. 34.* Ziegl. *ad Calvol. p. 63. n. 62.* nec collectas ei imponere potest; nisi quòd in Saxonia Vasalli, maximè quòd & subditi sint omnes, eim præsent - Geld / *præsentiam*, (ita Lambec. *11. Biblioth. Casar. c. 5. p. 198.*) exsolvant, dum cœteri subditi collectas s. Steuras præstare tenentur. Interim mediante Vasallagiò bona & corpus Domini, ubi periculum inciderit, tueri vasallus, & se pro Domino *exponere*, tenetur, neque unò fidelitatis actu, sed regulariter cum vitæ termino, illa obstrictio demum absolvitur. Quin & *imperare* vasallis suis Domini possunt, ut videre est in mandatis, inhibitionibus, edictis & monitoriis ad eos directis: Ros. *c. 12. quest. 10. n. 40. seq.* adeò ut inobedientibus non tam *pœna* feudalis, quam communis etiam, ut multa, dictari soleat. (v. Rosenthal. *c. 1. concl. 15. & c. 10. concl. 30. n. 42.*) nisi quòd hæc etiam pro feudali habenda sit, quia occasione Feudi infligitur, nec ultra feudi rationem porrigi potest. Alicubi non modò Dominus sibi servat *Imperium mixtum*, quod hætenus solum ad jurisdictionem respicit: ceu quidem *Pares Curie*, s. Curia Feudalis, *der Lehn-Hof* / quibusd. locis de causis Feudalibus Jusdicat, seu cognoscit, Dominus verò deinceps vi mixti Imperii exequitur; verum etiam Dominus directus videtur imperium *majus* exercere in vasallos, quando eos in exercitum vocat, item subditis parcendum esse vult, &c. Sed tamen prius ad feudalia servitia, posterius ad dehortationem de non deteriorando Feudum pertinet: adeoque si quod est Imperium, citrà jurisdictionem feudalem, illud omne non *ex ratione conditionis*, seu



Status personarum, in vassallos; sed tantum, quæ rem feudalem tenent, respicit: non aliter ac personam debitoris creditori obstrictam esse scimus, nempe ratione rei promissæ; & huic tamen in personam istius, quæ jus personarum spectatur, nil quicquam potestatis est. Ut frustra *Nonnemo Imperium quoddam Domino Feudi in Vassallum tribuat, Superioritati simile, & imò proximum.* Sed ubi Vassallus simul est *Landsassus*, ibi ad executionem adv. bona Landsassii proceditur, etiam ex aliis causis, quàm Feudalibus. In cæteris autem, quamvis potestas aliqua Feudalis, seu imperandi, extrà limites, seu jurisdictionem feudalem, Domino directo competat: tamen illa ad causâs tantum feudales est restricta, nec nisi lege concessa. Unde nec Vassallus parere tenetur mandatis Domini Directi, nisi quæ causam Feudalem concernunt. Rosenthal. c. 8. concl. 33. n. 13. & d. c. 10. conclus. 30. n. 39. Kohl. P. 4. d. servit. Feudal. n. 82. seqq. licet fortè qui vassallo litem intentat, s. querelam super Feudo movet, non etiam Vassallus sit. II. F. 55. §. 2.

XXVIII.

Juramentum PROTECTIONIS, quod attinet, *die Schirmspflicht*/illud ex moribus hodiernis clientes Patronis suis amplius ferè non præstant. Mager. d. *Advocat. arm.* c. 10. n. 130. seqq. Et vel maximè hoc juramentum ex consuetudine æstimandum est. Quamvis autem *Imperator* nonnunquam Mediatos etiam singulos in Protectionem suam specialem, in *Gr. Majest. und des Heil. Reichs sonderbaren Berspruch/Schutz/Schirm* und salvam gvardiam, recipiat. Diploma vid. ap. Stamler. d. *reservat. Imp.* §. 63. n. 6. junct. Maul. d. *Homag. Tit. XI. n. 6.* Tamen Jurisdictioni ordinariæ & subjectioni immediatæ, quæ Statibus illi tenentur, per hoc nullum fit præjudicium. Gail. 2. *Obs.* 54. n. 7. Ut verò apud Status Imperii protectionem quærant subditi aliorum Statuum, den *Land-Schutz*/ non admittitur, *art. 9. Capit. Leopold.* cum primis Dominò invitò: Mager. c. 6. d. *Advoc. arm.* n. 296. seqq. Knipschild. *Lib. 2. d. Jur. Civ. imp.* c. 24. n. 40. nisi etiam Ordinarius eos contra vim & injurias non possit defendere: Friderus *Lib. II. de Mandat. c. 14. n. 4.* aut jus Protectorem recipiendi adversus Dominum præscripserint. v. Rumelin. P. II. *ad Aur. Bull. Diss. V. th. 9.* Quò tamen casu ab *Exteriorum Protectione*, qui Imperio nullâ fide tenentur, abstinendum est. Sunt verò plu.

plura exempla urbium, quæ ab antiquo Protectores habuere, apud Sprenger. *in Fontib. Jur. Publ.* p. 306. Effectus illius Protectionis ad Jurisdictionem regulariter non pertingit: *Author Deduct. Lindav.* p. 349. etiamsi annexam haberet inspectionem administrationis. Höpping. *d. J. Protect. concl.* 49. Mager. *c. 10. n. 406 seqq.* multo que minus subditum facit: Ziegl. *ad Calvol.* p. 65. n. 81. & *seqq.* item n. 93. quamvis additum sit in promissione ad protegendum, gleich andern unsern Landen und Leuten. Klock. *c. 1. d. contrib.* n. 274. Potest etiam fieri, ut unus idemque sit Lands-Fürst/ & simul absonderlicher Schutz-Herr. v. X. A. 1530. §. Und nach dem wir. & *Fachs. Tom. II. Consil. divers. Acad. consil.* 55. ap. Hortleder. *Tom. 1. Lib. V. von Ursachen des Teutschen Krieges.* c. 18. Clientem verò respectu plurium honorum quem esse posse, & plures habere Advocatos sive Protectores, nullum dubium est. *d. Author. Deduct. Lindav.* p. 333. Sicut autem clientes se subducere Protectori non aliter possunt, quam si pacto illud sibi reservaverint: Höpping. *d. Tr. concl.* 61. Mager. *c. 16. n. 220. seqq.* ita invitis quoque succurrere Protector potest, *Frider. lib. 1. d. Mandat. c. 14. n. 11.* si suâ interesse putet. Mager. *c. 11. n. 373. seqq.* Privatur Jure suo protectionis per ab-usum: *Th. Michaël. d. Jurisd. concl.* 55. *d. non etiam per non-usum,* quamvis longissimi temporis, si requisitus non fuisset: Mager. *c. 16. n. 1150.* Ad Clientes accedunt quadantenus, qui quoad certa tantum jura liberioris conditionis seu inftar immediatorum sunt, *Pactitii scil. subditi,* olim liberi penitus, nunc certis pactis subditi; & vicissim subditi *exemptitii,* olim subditi, sed contractu vel præscriptione ac privilegio in libertatem quandam transcripti. v. *Besold. C. VI. d. Statu reip. mixto.*

XXIX.

Denique Mylerus *c. 2. Hyparchologia §. 15.* Juramentum OFFICIALE subjectionem, ideòque superioritatem Territoriale, arguere, existimat. Sed illam sententiam, licet ibi Autores multos pro more cumulet, non tamen simpliciter approbare possum. Quid enim si Domino jurisdictionis illi jurent Officarii, qui locum judicum & Assessorum tenent, an ideò hi eidem subditi, aut Dominus Jurisdictionis etiam Dominus universalis in eo loco Superioritatis erit? Nam ultra officii debita juramentum illud per se non porrigitur. Inde Nobilis v. gr. immediatus, qui est Consiliarius Principis, in ejusmodi actionibus personalibus & realibus, quæ officium ejus non con-

cer-

cernunt, ne quidem coram Principe suo rectè convenitur, sed coram Aula Imperial. aut in Camera, vel coram Austregis, sistendus est. Klock. 1. *consil.* 37. n. 95. Tenetur verò juramentum ejusmodi præstare etiam is, qui antea præstitit Vasallagium, Rosenthal. c. 6. de Feud. *concl.* 85. n. 12. licet Clericus: & inde Dominus in jurantem jurisdictionem quandam & coërcitionem temperatam, atque limitibus officii circumscriptam, nanciscitur: Idemque in his, qui juramento subjectionis jam antè tenentur, servari constat, quòd peculiare juramentum officii subire teneantur. Quòd autem ex Juramento Consulium, Scabinorum & similium, subjectionem colligi posse, velit *Mylevus*, illud exinde procedit, quòd ejusmodi officia regulariter non possit quisquam alius constituere, nisi qui Superioritatem in eo loco habet. Superest JURAMENTUM, quod STUDIOSI Rectoribus præstant, per quod jurisdictioni Academicæ subjiciuntur. Illi verò, si adv. juratam promissionem faciant, non protinus, sed tunc demum perjuri censendi sunt, quando pœnam non subeunt, quam in casum obedientiæ non præstitæ se patienter sustinere velle promiserunt. Quamvis etiam Studiosus juramentum illud non præstiterit, tamen ad tenorem illius tenetur; neque enim Juramentum per se obligationem inducit, sed eam solùm firmat. *Besold. Diss. 2. d. Jure & Ordinib. Civium c. 2. §. 7.* MILITUM juramentum sequitur, quale apud *Ammian. Marcell. lib. 21.* subibant, gladiis cervicibus suis admotis, ut mortem sibi citius oppetendam, quàm Sacramenti fidem deserere vellent: Quanquam ut mortem præsentaneam subeant, ex quâ nulla emergendi spes sit, per hoc non teneantur: quòd pertinet, si pulvere pyriò semet cum navi interimere debeant *Classarii*, ne in potestatem hostium deveniant, quæ obligatio licet spontè suscipiatur, illicita tamen, nec servanda est: * Cœterum adeò Sacramentum illud attenditur, ut quousq; *Der Soldat zur Fahne nicht geschworen* / pœnarum militarium rigore executioni dari non soleat. Illud verò *juramentum obedientiæ*, ut appellant, quod tempore belli à subditis alterius recipere possumus, quò usque durare censeatur. *v. ap. Klock. 1. Consil. 18. n. 14. 18.* Et in eo, ne modus Disputationis excedatur, finiamus.

* *v. Jo. Frid. Horn. II. Pol. Archib. c. 2. n. 16. Dannhauer. II. Catechism. Milch. Conc. 13. in VI. Præcept. & Schaller. pecul. Diatrib.*

D. T. O. M.

Sit Honor Sempiternus & GLORIA.

Impe
illud
Cleri
Mag
15. n.
possi
Carp
rare
jurej.
teste
Tam
Chro
subje
lo XI
& nu
Princ
aliud
in Ba
tum
beym
cap. 4
habet
ferat
85. n.
camq
but. c
id que
non h
ritori
Dom
facto
nis ci
& 30.
ritori
ibider
De In



cern. p. 97. ubi verum
Verum multo magis in
od subjecti sint Seculari
3. & Gail. d. Pignor. cap.
oritas aliqua conservari
aliis casibus teneantur.
quam Episcopo suo ju-
Unde licet in c. 30. X. d.
ne Clerici, non haben-
, illis homagia præstent.
estiterunt, Lehmann. II.
c. Imperatori Seculo X.
erum exemit, atq; Secu-
obstringere cœperunt,
Imò & ap. Catholicos, licet
at, tamen diversis locis
n. 159. ibi: quod Prælati
rotestantes ad Juramen-
solent, sündern werden
ur Reinkingius. I. cl. 5.
ona quidem, quæ quis
ur, nisi ita consuetudo
hal. c. 6. d. Feud. conclus.
duntaxat subjectionem
ckius censet de Contri-
ione personæ tantum,
st, pro subdito propriè
ogatur, qui eidem ter-
siquidem hi non aliter
degunt, & quidem ex
nguntur, cum nec bo-
r. de exempt. conclus. 29.
e bonis sub alieno ter-
lynf. 5. Obs. 22. & al.)
xigat, subire tenentur.
extra dubium est. Ne-
que

